AD hanc decisionem adde Paul. de Cast. consil. 43. 2. col. num. 8. vbi sorori in bonis fratris non debetur legitima, nisi turpi persona instituta. Iason consi. 71. vol. 1. vbi frater potest querelare fratrem, & de eius testamento turpi persona instituta, vt frater sacerdotis concubina. vel damnati ad metallum, & illud etiam res pe. . . legitimè repugnat. & de testamento facto tempore pestis si valet cum quinque testibus. Ioan. Anton. Alexandrinus consil. 165. & Hippol. in l. Diuus, ff. de quæst. vbi dicit quòd sic, & allegat multos. & in l. t. §. præterea, col. 19. eo. tit. & Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius, fol. 164. num. 14. & de testam. vide Corne. cons. 95. vol. 4. in litera D. Ad òbtinendam hæreditatem alicuius ab intestato an sufficiat se fratrem esse, vel sororē, an verò astringatur probare se proximiorem. vide Vlpian. in l. is potest, C. de acquir. hæred. & ibi Ias. & Roman. in l. hæres, eod. tit. & consi. 89 col. 4. vol. t. & ibi reddit rationem agens quid debeat probare. Bald. consi. 457. vol. 3. in nouis. testamentum factum à ciue coram quinque testibus tempore pestis, an valeat, Abb. & Felin. in cap. 2. infra, de prob. Dec. consi. 284. Alex. consi. 179. in fi. vol. 7. Socin. consi. 85. vol. 4. vbi hanc opinionem sequitur, & plenè per Ripam in suo tract. de peste, ver. venio ad secundam partem, fol. 22. vbi conatur distinctionib. Federici concordare opiniones Doct. & vide etiam Barbat. consi. 58. col. 9. in princ. vbi per multas rationes consuluit testamentum pestis tempore non valere minori numero testium confectum, t. vol. & hanc opinionem sequutus est Roman. in repet. Authen. similiter, C. ad leg. Falcid. col. 53. vbi disputat de intellectu cap. cum esset, extra, de testa. an autem mulier possit esse testis in testamento pestis tempore, vide Alexand. cons. 70. vol. 2. qui tenet quod non. contrarium tenet Ias. in l. fin. C. de testam. An autem

tempore pestis requiritur quod testes sint à testatore rogati, vide Christoph. Port. Instit. de testam. milit. col. 4. in princ. vbi tenet quod valet testamentum, dato quod testes sint spōtanei, non vocati. Et de hac quæstione vide Cotne. consi. 197. in 4. vol. & Ange. omnino in l. 1. ff. quorum bonorum, cōtra hanc decisionem consuluit Decius consi. 284. vol. 2. contra eum est opinio communis. Testamentum quod valeat cum quinque testibus tempore pestis, Bald. con sil. 87. vol. 4. an autem testamentum imperfectum propter testium numerum tempore pestis factum possit per Principem confirmari, vide Luc. de Penna in l. 1. col. 4. C. de his qui ceu, ill. dat. lib. 10. An autem Princeps possit tollere testamentum iure perfectum in præiudicium hæredis scripti, Fulgos. consil. 161. ibi, tertio. Ias. consi. 57. col. 4. in fi. videtur contra in testibus de credulitate. *Prosp. Carauita.*

Super decis. 25.

AD obtinendam hæreditatem an sufficiat se probare fratrem vel sororem vt ei succedat ab intestato, an vero se astringat probare se proximiorem, vide Alex. in l. is potest, ff. de aquir. hæred. & ibi Ias. Corn. consi. 196. & consi. 45. & 197. Rom. in l. hæres, ff. de acquiren. hæred. Socin. consi. 89. & ibi habes rationem: & agens petitione hæreditatis quid debeat probare Bald. consi. 457. Et de materia huius decis. 53. An valeat testamentum factum tempore pestis cum numero testium paucioribus septem, vide Hyppol. in l. Duus Pius, col. 3. ff. de quæst. vbi tenet q valet, & allegat multas quotas, & in l. 1. §. præterea, col. 19. cod. tit. Et de hac quæstione vide Abb. & Felin. in cap. 2. de probatio. & Socin. consi. 82. & Rip. in tracta. de peste, in verbo, venio ad secundam particulam, fol. 22. vbi conatur concordare diuersas opiniones & vide Rom. in Authent. similiter, C. ad l. Falcid. col. 53. & vide Luc. de Pen. in l. 1. col. 4. C. de his, qui in exilium, lib. 10. vbi an princeps possit confirmare testamentum imperfectum propter numerum testium factum tempore pestis, & vide omnino Dec. consi. 284. In verbo tamen fuit dictum, & num. 2. ad finem contra hanc opin. consuluit Dec. in consi. 284. *Hieron. de Martino.*

In decisio 25.

IN decis. 25. in princ. Adde vide infra decis. 534. quędam mulier, & dum in hac decisione dicitur testamentum factum tempore pestis cum quinque testibus, non valere. Adde quod contrarium consuluit Phil. Dec. consil. 284. incip. viso puncto, & dominus Ias. l. fin. C. de testam. & vide omnino Io. Franc. de S. Nazar. in suo elegāti tract. de peste, 2. par. prin. in ver. venio ad secundam particulam, fol. 37. Et an mulier tempore pestis possit esse testis in testamento, vide eundem Ioan. Francis. in prællega. tract. de peste, in ver. secundo quæro, fol. 40. Item quid si testator, qui condidit testamentum cum quinq; testibus, tēpore pestis, superuiuat, & euadat periculum pestilentiæ, vtrum tale testamentum rumpatur, & irritetur, vide eundem in præalle. tract. in 2. par. princip. in ver. Quarto quæro, fol. 41. Item & an testamentum valeat tempore pestis, etiam quod testes non fuerint rogati, vide eūdem in præal. tract. in ver. quinto quæro, fol. 43. itē & an donatio causa mortis facta tempore pestis coram duob. testibus, quæ aliàs coram quinque testibus fieri debet, l. fin. C. de don. cau. mor. vide eund. in d. 2. par. princ. fol. 44.

In ead. decis. num. 4. ibi, Tertio dubitatur. Adde quod petens hæreditatem ex testamento, si succumbit, quia testamentum est minus solemne, an possit postea agere, petendo hæreditatem ab intesta. vide decis. infra num. 53. & vtrum petitio hæreditatis detur contra titulo possidentem, vide decis. infra num. 228. & an agenti petitione hereditatis obstet præscriptio 30. annorum, vide decis. num. 319. in 1. dubio. *Marcus Antonius Puluerinus.*

In decis. 26. ibi, non potest in eis.



VIDE quando & quomodo possit exequi in fructib. feudi Ioan. Andr. Rub. consi. 164. col. fin. vbi latè & consi. 59. Ruinum consi. 178. col. 2. vol. 1. ibi, in cōtrarium dicebatur, vide Curtiū vol. 1. col. 6. post tract. de feudo. ibi dicit Ang. de Ang. meminit Iacob. in tract. feud. ver. Comes, vbi post Bald. dicit secus etiam in feudo Comitatus, quia in eo non fit missio, vide tamen quia in fi. tenet quod vasallus teneatur ad seruitium ibi, vbi vsusfructus feudi possit obligari qualiter procedat istud de fructibus sine assensu obligandis, vide Felin. in cap. quæ in ecclesiarum, col. 34. vers. 6. declaratio, de constit. vide in decis. 240. ibi, non tenet accessorium, vide text. in l. alterius, ff. de adim. leg. ibi, & ideo consensu. sed stante hoc, vtrum filius possit dicere ego volo alimentari super fructibus feudi, & sic non exigi nisi in quantum possum, dicendum videtur, quod sic, quia feudatarius est miles, ca. 1. Imp. Loth. sed miles non exigitur nisi in quantum facere potest, l. miles, & ibi Docto. ff. de re iudi. & per Alex. in l. Centurio, ff. de vulg. & pup. & hoc sentit Pau. de Cast. in l. pro hærede, §. 1. ff. de acq. hæred. dū dicit quod teneatur vasallus seruire & tenere fructus, comprobo ex opin. Ang. hic alleg. quia si habet onus ergo & emolumentum in contrarium facit, quia miles non conficiens inuentarium tenetur insolidum, §. fi. in Auth. de hære. & Falc. mihi Io. Angelo Pisanello videtur distinguendū, q aut est feudum hæreditatis, & exigitur sine deductione alimentorum aut ex pacto & prouidentia & facto inuentario exigitur in quantum facere potest: vt hic notatur. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 26.

SVPRA alia decis. 240.

Agens petitione hæreditatis quid debeat probare, Bald. consi. 457. col. 3. in nouis Brunus cōs. 18. col. 6. in fi. Corn. conf. 196. col. 1. in litera L, & consi. 95. in litera D, & consi. 197. eod. uol. si nō tenet principale, minimè tenet assessorium. Defunctus potest obligare bona heredis, Alex. consi. 14. uol. 7. An super fructibus fundi fiet exequutio. Mar. in cap. 1. de alien. feud. col. 4. & de materia huius decis. uide per eundem in consilit. Si quis post litem, col. 4. & per Ioan. Lup. in repe. c. per uestras extra, de donat. inter uir. & uxo. char. 63. col. 4. & Alex. consi. 19. uol. 5. & consil. 124. uol. 4. col. 3. & consi. 11. & 164 nu. 14. & 17. ibi singulariter. ibi in contrarium dicebatur. Istud non

sapit

sapit rationem: quia fructus rei feudalis separati à solo non sunt, neque debent esse feudales. Bald. con sil. 421. Casus talis est, ad finem, vol. 1. & consil. 33. eod. vol. vbi allegat text. in cap. 1. an agnatus vel filij. Sed adverte, quia contra se videtur esse textus in l. quando, §. si seruus, & l. hæreditate, §. 1. ff. de castrensi pecul. in quibus ponderatur medium seu instrumentum cum quo res quæritur. Cogita & tu eundem Bald. consi. 222. col. 3. vbi bona existentia in feudo feudali non sunt feudalia. Adde ad principium huius decisionis eundem Afflictum in cap. si duo fratres, col. 5. in fine, de non inuestit. & plenè in cap. 1. §. ergo, col. 3. & 4. de inuest. de re alien. & ad materiam huius decisionis per eundem in cap. 1. col. 4. de habent. feud. & quòd fructus feud. possint sine consensu domini obligari, vide Ioan. Tia. in §. item Seruiana, col. 14. Institut. de action. Alexand. consi. 18. vol. 5. Adde ad intellectum huius decisionis Paul. de Cast. consil. 217. vol. 2. vbi feuda licèt capi possint, quoad necessitatem, cum agitur actione personali in causa iudicati, vt notat Barto. in l. si finita, §. si de vectigalibus, col. fi. ff. de damno infecto. Hoc verum est pro debitis feudatarij, cuius sunt feudalia bona, tempore quo capiuntur: & si pater viueret, & conueniretur; secus si caperetur pro debito patris cuius esse desierunt, & inceperunt esse filiorum non vt hæredum patris, sed vt filiorum. Nam mortuo patre, & confecto inuentario, res filiorum non possunt capi pro debitis paternis, sed feuda obueniunt filio vt filio, post mortem patris non iure hæreditario, vt patet ex notatis per Barto. in l. si patroni, in principio, ff. ad Trebell. qui dicit ea non cadere in fideicommisso vniuersali, in quo veniunt hæreditaria. & de materia huius decis. vide omnino Ioan. Ant. Alex. consi. 264. nu. 19. *Prosp. Caran.*

Super Decis. 26.

De materia huius decisionis, vide per eundem in constitu. post litem, num. 10. & Loffred. consi. 46. num. 12. Ioann. Lup. in cap. superueniens, extra, de donatio. inter virum & vxor. fol. 63. col. 4. Et nota, quòd fructus rei feudalis separati à solo non sunt feudales, sicut res mobiles existentes in castro feudali non sunt feudales, Bald. consi. 422. incip. Talis casus est, & consi. 33. incip. Ad euidentiam. allegat textum in cap. primo, an agnatus vel filius. sed contra videtur facere textus in l. si pater. §. si seruus, & l. hæreditate, §. 1. ff. de constitu. pecu. Et ad intellectum huius decisionis, vide Paul. consi. 217. incipien. Præmittendum est. vbi licèt feuda capi possint quoad commoditatem, cum agitur actione personali in causa iudicati, vt notat Barto. in l. si finita, §. si de vectigalibus, col. fin. ff. de damno infec. sed hoc est verum pro debitis ipsius feudatarij, cuius sunt feudalia bona tempore quo capiuntur pro debito vlterius qui possedit feuda ista. exemplum in filio succedente in feudalibus, quæ feuda pro debito patris non possunt capi, quia in his feud. non succedit vt hæres, sed vt filius se abstinet ab hæreditate, & conficit inuentarium, quo casu ista feuda non ueniunt in fideicommisso vniuersali, Barto. in l. si patroni, in princip. ff. ad Trebell. Et de materia huius decisionis vide Ioan. Anton. de Alex. consi. 164. & consi. 122. Et de tractatu alienationis feudi ad tempus, vide Afflictum constit. Reg. Constitutionem diuæ memoriæ. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 26.


In decisio. 25. in princ. Adde latè Afflic. examinantem in constit. si quis post litem, col. 6. vers. sed dubitatur, num. 10. vbi omnino vide quando casus occurrit; & vide infra decis. 240 in 3. dubio, circa finem. Et an fructus percepti ex feudo sint feudales, vide And. de Iser. in tubr. quæ sint regal. in verbo, & plaustrorum, col. pen. vers. quid de fructibus.

In ead. decis. num. 2. ibi, Dependentia, siue accessoria pereunt. Adde eundem in decis. 35. in fine.

In ead. decis. num. 3. ibi, Et defunctus potest bona hæredis obligare. Adde eundem infra decis. 111. circa finem, vers. secundum dubium, vbi vide omnino, nam multum latè examinat hoc dubium, & vide eundem in decis. 200.

In ead. decis. num. 6. ibi, Vnam candelam pro anima sua. Adde, quid si in priuilegio diceretur, quòd possit testari ipse de feudo? vide Decium consi. 194. 3. col. tertio inuestitura. *M. Ant. Pulaer.*

In Decis. 27. ibi, Reconuentio validatur.



Vide decisio 354. adde, quòd iurisdictio prorogata non ampliatur in aliud quàm per prius competebat, Bald. & Alexand. in l. testamenta omnia, C. de testib. ideo cogita si Ange. bene dixit in l. 1. ff. de re iudic. in quæstione de Iudice, quæ summariè potest procedere, & videtur male dixisse Anton. de Butr. in cap. quòd clericis, de foro competen. in constitut. de duobus laicis prorogantibus iurisdictionem Episcopi, contra quam facit dictum Baldi in l. fin. ff. de iurisdic. omnium iudic. dum vult, quòd iudex cui iurisdictio est prorogata, debet seruare legibus iudicis prorogati, vide & Ludou. Rom. in singularib. suis, in verbo, appellatio. dum allegat text. in l. episcopale, C. de episc. & cler. ibi, dicitur prorogasse iurisdictionem, vide Alex. consi. 64. vet. & si diceretur, vol. 5. *Ioan. Ang. Pisan.*

In Decis. 27.

In decisio. 27. in principio. Adde, sed an reconuentio possit fieri in quacumque parte iudicij, vide Lanfranc. in repetit. Clement. Sæpe, ver. libellus, col. 4. versicu. prima conclusio. Et an admittatur in causa appellationis, vide eundem ibidem, de verborum signific. Et adde, quòd reconuentio non habet locum in causa, quæ celeritatem desiderat, vide Romanum sing.., nu. 774. Socin. sen. cap. ex litteris, col. 26. versic. quinto fallit, de mut pet. Quando autem celeritatem dicatur desiderare, vide eundem ibidem, post Butr. Ioan. Andr. cap. 2. de ordi. cognit. Et an reconuentio locum habeat coram arbitris iuris, vide Romanum in sing. ... num. 776. *Marcus Ant. Pulaer.*

In Decis. 28. Sententia lata actis nulliter receptis valet.



ADDE quòd licèt testes examinati non citata parte non valeant, tamen si verisimile deponant, apud bonos viros debent cõcludere, Dec.cons.54.col.3. ibi, ad acta conuenta. adde quòd sententia recipit declarationem ab actis, Alex.cons.81. col.4. versi. corroboratur, vol.3.ibi, & in cap. quoniam contra. vide in decis.39. sed quid in sententia super assistentia in certis bonis, vt de bonis debitoris si constet, quòd nõ erant debitoris, ibi, viua uoce, declara, vt per Aegid.decis.73. Iudex potest moueri ex cõfessione coram se facta, dato quòd scripta non fuerit, ibi idem tenet Butri. hanc opinionem tenet Curt.cons.60.col.9 ibi, & dicit Alex. idem Alexan. cons.106. col.fin. versi. ex alio capite tenet primam opinionem; sed quomodo dicantur sententiæ conformes, vide Dec.cons.385.& Corn.cons.14.vol.4. & vide omnino Corn.cons.2.nu.4. vol.2. & de ista nullitate vide Aym. cons.3.vol.1. & cons.183.vol. eod. *Ioan.Ang.Pisan.*

Decisio 28.

AN rationes reddantur vllæ prætextu probationum factarum parte non citata, vide infra decis.47. vide Modernus Consent.in repet.cap.quoniam contra, num.10.de probat. Corn.cons.53.nu.16.vol.1. Decium cons.8.vol.1. Loffred.cons.20. Ias.cons.24. num.3.vol.3. vbi manifestè iniustitia reddit sententiam nullam, Vide aliam decisionem infra num.39.

Iudex potest moueri ad iudicandum ex aliqua re coram eo facta, licèt non ex actis appareat.

Duæ relationes conformes debent executionem fundare. *Prosper Carauita.*

Super Decis.28.

VIDE decis. 39. & an duæ relationes prætextu probationum factarum parte non citata ad videndum testium iuramenta sint nulla, vide supra decis. 34.& Corn.cons.53.num.16.& vide ad dictam decis. Parisium Consentinum in cap. quoniam cõtra, num.108.de probat. Ias.cons.79.col.2. Dec.cons.8. num. 5. vbi manifesta iniustitia reddit sententiam nullam. *Hieron. de Martino.*

In Decis.28.

IN decis.28.in princ.ibi, Laicè fuerunt. Adde eundem infra in decis.47.& in decis 39. & in dec.363.

In ead.decis. num. 1. ibi, Sententia similiter erit nulla. Adde vide Lanfran.in repet.cap.quoniã contra,in ver.testium depositio, 3.col. vers.quero sexto, extrà,de prob.& adde Hippol.in sing.24.incip.Clarum est,vbi ponit duos notab.casus,in quibus ualet examinatio testium parte non citata, & vide Ludo. Rom. sing.364. incip.Fuit vnus ex vobis, vbi ponit sex falleotias.& vide eum ibi omnino: Sed an sententia valeat nulla data dilatione ad probandum, vide omnino Ias.in l.fin.col.antepen. in fi. ver.adde,ff.de ferijs, & vide infra in decis.55.

In ead.decis.nu. 2.ibi, Sententia lata nullis probationib. factis. Adde vide Ias.l.fi.col.pen.ff.de ferijs.

In ead. decis. num.5. ibi, Et maximè quia iudex. Adde vide Fel.c.aduersario tuo, col.3. vers. secundo aduerte, extra de except. & adde eundem Fel.c.cum venerabilis, col.12. vers. bene facit aureum dictum Bal. extra de exceptio, vbi multum extollit hoc dictum Baldi.

In eod. ver.& maximè quia iudex. Adde Hippol. sing.266.incip. Iudex, vbi vide omnino,& adde Decium cons.233. col.pen.quem vide.

In eo,ver.& maximè. Adde quòd idem dixit Lanfranc. in repet. c.quoniam contra,col.8. in princ.de probat. vbi vide omnino. Et adde, quòd si sententia est lata contra ius litigatoris, & transiuit in rem iudicatam, quãuis non possit iure ordinario retractari, cum inter, de re iudic. potest tamen peti restitutio in integ. ex clausula generali, ita notabiliter dixit Host.cap.2.de prob. vulg. Sed an hoc dictum sit verum, vide Corset. in notabilib. sua notab. incip. Nota peregrinum dictum, in ver. sententia.

In ead.decis.num.6.ibi, Euidens iniquitas sententiæ an impediat executionem sententiæ. Adde Lanfran. in reper. d.c.quoniam contra, col.8.in prin.extra de prob. vbi declaratur quæ dicatur euidens iniquitas,& vide pulcherrimam glo. Clem. Pastoralis, de re iudic. & adde Corset. in suis notabilib. in ver. sententia, incip. Si notoriè appareat sententiam esse iniustam, vbi vide omnino, & adde Afflict. infra in decis. 39.circa fin. *M.Ant.Pulner.*

In Decis.29. in princ.

VIDE in decis. 50. licèt citatus impeditus teneatur mittere procuratorem, tamen si propter odia, vel partialitates non misit excusatur, & quomodo hoc procedat vide omnino Deciũ cons. 699. per totum, & Marianum in tract.de citatione, artic. 18. primo, versi. quinto quæro. Hippol.in repet. l.de vnoquoque,ff.de re iudic. char.8. ver.scias etiam, & io l.1. §.præterea,de constit.per eundem,& cons.81.col.7. versi.quia dicti inquisiti. ibi, non potest comparere, quia partialitatem, vide ad propositum io decis.77. ibi,& ideo, idẽ tenet Lucas in l.si quis decurionum, col.2. C. de præd.curi.lib.10. vide quæ scripsi in l. quibus diebus, ff.de cnod.& demonstr. *Ioan.Ang. Pisanellus.*

Decis.29.

AD istam decisionem adde omnino infra decis. 279. & quæ sint aliæ iustæ causæ, quæ excusant ibi, fuit per Dominos de Consilio. Dicas, quod quando aliquis non potest agere per impedimẽtum iudicis, debet protestari, ideo non agit de materia, vide Lucam de Pen.in l.qui grauatos, C.de censibus,lib.10. Bart. in l.commeatus, ff.de re milit. Alex.consi.49. vol.2. Aret.cons.163. sed redeundo allegant Bast.in l.quod dicimus, ff.si quis cautionib. *Prosp. Carau.*

In Decis. 29.

IN decis.29.in princ.ibi, Quòd non potuit comparere. Adde, quid si mulier est grauida an excusetur à comparendo, vide Ias.in l.2. §.si quis in iudicio,1.col. nnt. 6.ff.si quis cautio. vbi duobus modis notabilibus limitat.

Item & an impeditus cõparere, teneatur cõstituere procuratorem ad iudicum, vide Ias.in d.§.si quis in iu-

in iudicio, vbi latè examinat hunc articulū, secundo notab. limitat multis modis. Et an allegans impedimentū excusetur probando solum impedimentum, vide Feli. cap. ex transmissa, col. 1. in princ. ibi, qualiter probetur impedimentum, extra de præscript. vbi vide omnino ad materiam istam impedimenti, & an debeat protestari, vide ibi per eundem.

In ead. decis. num. 1. ibi, Et ideo petebat ex integro terminum. Adde eundem Matthæum infra in decis. 50. incip. Iudices Magnæ Curiæ, quem vide omnino.

In ead. decis. nu. 1. ibi, Licèt alleget se impeditum. Adde Phil. Dec. cōs. 356. incip. In causa, in 3. vol. in 2. col. in fi. quem ibi omnino videas. Adde D. Ias. in d. l. 2. §. quod diximus, ff. si quis caut. vbi declarat qualiter probetur istud impedimentum. Adde quòd licèt citatus ad locum non tutum, non tenetur comparere, limita vt per Iason. d. §. quod diximus, col. vlt. 3. nota.

In ead. decis. num. 2. ibi, Quando impedimentum est ex facto iudicis. Adde Ias. d. l. 2. §. quod diximus, col. pen. vers. adde quod in contrarium facit glo. no. ss. ff. si quis caut. vbi vide omnino, & adde quod si citatus non vult venire per loca periculosa personæ suæ excusatur, ita probat text. in d. §. quod diximus, & ibi Ias. in tertio nota. col. vlt.

In ead. decis. num. 4. ibi, Vnus de casibus. Adde q̄ idē est si in loco in quo est citatus est pestiferus, ita tenet Ioan. Francisc. de Sancto Nazario in suo tract. de peste, in 3. par. in ver. tertio dubitatur, & in ver. quarto dubitator, fol. 45. & adde quòd licèt citatus ad locum pestiferum, non teneatur comparere, limita, nisi tempore pestis ius in illo loco redderetur, ita limitat Ias. in d. l. 2. §. quod diximus, col. fin. in fine, si quis caut. *Mar. Anton. Pul.*

In decis. 30. in princ.



OBLIGATIO Magnę Curię non impeditur per absolutionem à iuramēto, vide Ferra. caut. 11. vide Alex. cons. 63. vol. 3. qui allegādo quod tenet idem & eum ad hoc allegat Anton. de Alexan. in l. per minorem, C. de iudi. in addi. ad Bar. vide elegans Consilium Cepollę, in ciuilibus 18. sed iuxta prædicta quæro an dicatur satisfactus creditor per carcerationem factam, eo quia iste creditor habebat duplicem viam: resp. q̄ non, quia dr̄ potius compulsio quàm satisfactio, ita Bal. in l. 1. in fi. C. de iur. & fac. ign. nec dr̄ exactū q̄ adhuc debetur, ita Bal. cōs. 199. primum dubium, ver. quartum punctū, vol. 3. quia immo poterit etiam instare pro executione bonorum, vt dicit Bald. in l. tutis ignorantia, C. de restitu. militum, quem sequitur Dec. cons. 73. per Ias. in l. 1. in fi. ff. si quis ius dic. non obtem. vide latissimè per Marsil. in l. vnius, §. fin. num. 36. char. 63. ff. de quæst. & sing. 398. ibi, dicebat Bald. istam opinionem tenet Socin. consil. 39. col. fina. in nouis, vbi dicit, quod non debens iudices seculares tales inhibisoriales curare quādo non habent iurisdictionem ab eis, vide omnino. Ibi in decis. 209. & Capic. decis. 7. ibi, quod non potest iudex, limita, nisi per vsum iurisdictionis iudicis secularis turbaretur iurisdictio sū dicis ecclesiastici, quia tunc ratione turbatæ iurisdictionis excommunicatur. Soc. cōs. 137. computatis consilijs patris, vbi latè declarat & limitat doctrinam Baldi ibi, *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 30.

IVXTA prædicta & terminos istius decisionis quæritur, an dicatur satisfactum creditori per carcerationem factam eo quod creditor ipse habebat duplicem viam? responde quod non, quia potius dicitur compulsio, quàm satisdatio. Bald. in l. 1. in fine, C. de iur. & facti ignor. nec dicitur exactum quod debetur. Bald. cōs. 299. secundum dubium, ver. quartum punctum, vol. 3. Quinimo poterat etiam instare pro exequutione bonorum, vt dicit Bald. in l. ignorante, in fine, C. de testi. mil. Quem sequitur Decius consi. 573. in fi. Ias. in l. 1. col. 7. si quis ius dicen. non obtemp. & latè Marsil. in l. vnius, §. finali, numero 36. char. 68. de quæstio. Ias. in l. 1. num. 23. ff. si quis ius dicen. non obtemp. text. in l. creditor, ff. mand. Aret. cons. 33. 1. col. Paul. de Cast. cons. 87. Corset. in ver. appellatio. Alex. in l. postquam, §. Imperator, ff. vt legat. no. caue. Et latissimè in l. hoc amplius, §. Celsus, col. 2. ff. de dam. infe. & in l. heres à debitore, in apostillis, ff. de fideiuss. & Alex. cons. 128. vol. 4. in causis. Ferrat. caut. 11. Anch. cons. 136. inhęrēdo argum. & an iudex ecclesiast. possit inhibere iudici sęculari ne cognoscat de exceptione vsurarum opposita coram eo, parte non citata. Et vtrum exceptio vsurarum possit opponi post sententiam, vide eundem cons. 238. Barb. cons. 18. num. 23. vol. 1. Socin. cons. 78. vol. 3. Alex. cons. 83. nu. 11. vol. 5. & cōs. 8. circa primū, vol. 4. & pulchrè per Abb. cōs. 5. vol. 2. nu. 1. col. 1. ibi, et sic nō obstat, Dec. cōs. 73. vol. 1. Barba. cons 43. mandato, 3. col. vol. 2. & Mars. sing. 125. & in reper. Rubr. de fideiuss. col. 4. char. 18. & Lanfr. in repetit. cap. quoniam contra, de probat. in glossa, in ver. confectionem, num. 8. secus in exequutione instrumenti falsi, vt tenet Bald. in sua Margar. in ver. excep. num. 106. Innoc. in c. licèt, in fine, de probat. ibi, in contrarium faciebat. De materia inhibitionis factæ ab vno iudice alteri, coram quo pendet causa appellationis, an impediat cursum fatalium, vide plenè per Alex. cons. 68. no. 2. vol. 7. vbi pulchrè loquitur. Et vide cons. sequen. Et an in ista inhibitoria citatio? vide omnino Ant. Nico. in suis concord. gl. nu. 52. ver. octauo fallit, & Franciscum Niconi. in repetit. cap. quoniam contra, num. 97. de probatio. ibi, vt obligatio penes acta dicatur exceptio solutionis. Decius in regula, bona fides, ff. de reg. iur. & an exceptio nō numeratę pecunię possit opponi contra mutuum confessionatum apud acta, vide Mars. in consttit. causas. cōfessio in iudicio facta habet executionem paratam sicut sententia, l. si debitori, ff. de iudic. Paul. de Cast. in l. ex causa, col. 1. C. de cōpen. & Marsi. in d. cōst. causas, prope fin. Et obligatio penes acta habet vim sententiæ iudicis transactæ in rem iudic. Marsi. in const. dilationes, in 3. not. & quando dicatur facta in iudicio, vide glos. in l. iubemus, C. de liber. cau. quæ dicit, quando est facta iudice sedente pro tribunali, & vide Franc. Nico. in repet. cap. quoniam contra, de probat. fol. 138. num. 41. & eundem Marsil.

Marſ.in conſtit. Magni Camerarij, col.pen. & Luc. de Penn.in l.2.C.de iure fiſ.col.3.num.8.& in l.nautici, in princ.quæ eſt l.1. C.de canon.fru.vbi declarat quæ dicantur acta;ex quibus colligitur etiã obligationes apud acta dici; quæ fiunt per Notarium deputarum ad 30. Et vide gloſ. plenè, in l.1.lib.11. De his confeſſionem,fol.63.& Marſ.in cõſti. Cordi nobis, nu.17.vbi in gloſ.3.magna. Et adde Petrum de Rauenna, in ſuo Compend. iur. canon,in tit.de iud.col.1.in fine,fol.121.vbi confeſſio quando dicatur facta in iudicio. & adde Marſ.in cap.1.col.7.quo tempo.mil. & ibi declarat, quare obligatio penes acta habeat exequutionem paratam.& idem in Conſtit. Magni Camer.num.13.niſi ſit antiqua,quia tũc procedit, *Proſper Carauita*.

Super deciſ.30.

AN dicatur ſatisfactum creditori per carceratione debitoris, & quod iſte debitor habeat duplicẽ viam: quod non,quia dicitur potius compulſio, quã ſatiſfactio.ita Bald.in l.1.in fine, C.de iur.& fact.ignor. nec dicitur exactum quod debetur adhuc. Ita Bald. conſ.199. quod immo poterit inſtare pro executione bonorum, vt dicit Bald.in l.ignorat,in fine,C.de teſtit.milit. ſequitur Dec. conſ.73.in fi. per Iaſ.in l.1. col.7.ſi quis ius dic.vide latius per Marſ.in l. vnius, §.fin,ff.de quæſtio. & text.in l.creditor, ff.mand. & Aret.conſ.33.1.col. Paul.de Caſtr. conſ.87. verſ.in contrarium,nu.2.ibi, Nam in curia obligatio penes acta habet executionem paratam. Afflict.in cap.1. in 8.col.quo tempore miles. Afflict.in cõſtit.Camerarij, & in quæſt. Baiulus ſi ... obligatio penes acta habet executionem paratã ſicut ſententia transacta in rem iudicatam. Mattheus in cõſtitutione dilationem, in 3. not. Et quando dicitur facta in iudicio, vide gl. in l.iubemus, C.de libera.cauſa.vide Matth.in conſtitut. Magni Camerarij, col.pen. & Luc.de Pen.in l.2.C.de iure fiſ.col.3.nu.8.lib.10. & in l.nautica,in princ.quæ eſt lex 1.C.de canon.frum.urb.Roman. ibi,obligatio debet ſcribi per actuarium: Et idem Matthę.in conſtit.Cordi nobis, num.17.& vide Aret.in §.apud Catonem, Inſtit. de actio. & vide Matth. in cap.1.col.17.quo tempore miles, vbi de obligationis ratione,quare obligatio penes acta habeat executionem paratam: & dicit quod hoc operatur pręſentia iudicis, & calor iudicij, & debet eſſet liquida vt ſtatim fiat exequutio, Bart.in l.1. ff.iudic.ſol. in fi. & inf.deciſ.387. *Hieron.de Martino.*

In deciſio 30.

IN deciſ.30 Fuit dubitatũ. Adde quod facit ſequens deciſio 31. quam vide, ſed quæritur an in iſta abſolutione obtinenda requiratur citatio partis, vide Iaſon.l.nec quicquam, §.vbi decretum, col.12.verſic. vltra ſupradicta, ff.de officio proconſ. & adde quòd idem eſt etiam pendente lite ſuper ceſſione bonorum,vt plenè habetur per deciſionem Tholoſan. 28.quam vide omnino, niſi eſſet obligatio antiqua, quia non haberet executionem paratam, vt per eundem Conſtit.dilationes, num.22.vel eſſet obligatio recepta per alium Iudicẽ,quam per illum per quem petitur executio,ita idem Matth.in conſt. Baiulus ſi fietem; eſt tamen bene verum quod quando reperitur obligatio accuſata, licèt ſit antiqua, exequitur, quia tempus non eſt modus inducendi neque tollendi obligationem, l.obligationum ferè, §.placet, ff.de actio.& oblig.

In ead.deciſ.num.5.ibi, Iurauit non petere abſolutionẽ à iuramẽto. Adde quòd iſta clauſula tota die apponitur obligationibus quæ fiunt in Mag. Cur. Vic.& ideo impetrans abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, ſi non facit mentionem de hoc, quod iurauit non petere abſolutionem à iuramento, quod reſcriptum dicitur ſubreptitium, ita determinat idem Matth. infra in deciſ 220.in 5.dubio,& ad de Fell.cap.debitores, col.pen.in princ.extra,de iure iur.& cap.conſtitutus, col.7.verſ.limita quadrupliciter,extra de reſcript. & adde Grammat. deciſ.66, col.5. verſ.tertio redicur, vbi vide omnino. *Marcus Antonius Puluerinus.*

In deciſ.31.ibi, Non erat niſi.

ADDE quod pacta ſunt ficti ante actum vel poſtea incontinenti, vt cumulat Iaſ. in l.non ſolum, §.morte, ff.de noui ope. nun.col.7.ibi, excuſat in criminalibus à dolo, vide Iaſ.in l.ſi quis id quod,col.9. verſ.octauo, ff.de iuriſd.om.iudi. vide Socin.conſ.95.& 39.col.4. in nouis, & Alex.conſ.73.col.fi.vol.3. vide omnino Aymon conſ.254.vol.2. Rod. *Ioan. Ang. Piſan.*

Deciſio 31.

IN mutuo quando non iure venit pecunia;

Præclara Marſ.in conſ.j.dilatio,in 3.not.fin.verſ. & idem ſi eſt facta corã alio iudice, & Marſ.in conſtit. Baiulus ſi fatem, 1.not.& vide Alex.in d.§.condemnatum ..obligatio penes acta habet exequutionem paratam, vide rationem per eundem Marſil. in cap.... col.9.quo tempo.mil. vbi dicit quod iſtud probatur præſentia iudicis ſiue calore iudicij, & debet eſſe liquida, vt fiat ſtatim exequutio, Bart.in l.1. ff.iud.ſol.in fin.& deciſ.387. *Ioan. Ang. Piſanellus.*

In Deciſio 31.

IN Deciſ.31.in princ.ibi, Citationẽ. Adde & an in abſolutione à iuramento requiratur citatio, vide Iaſ.l.nec quicquam, §.vbi decretum, col.12.in prin. verſ.vltra ſupradicta, ff.de offic.procon.ſ.& ad declarationem pręſentis dubij,vide pręcedentem deciſ,vbi ferè idem caſus. *Mar. Anto. Pulu.*

In Deciſ.32.

PETENS debitum tenetur reſtituere pignus etſi non peccatur, vide Aret. Inſtit. de excep.§.præterea,col.16.ver.24.incip. Alex.in l.filię licèt, C.de colla.adde in caſu cõtrario quod ſi quis fuit condemnatus ad reſtitutionem pignoris, poterit petere pretium, licèt ſententia de eo nullam fecerit mentionem, Cum,conſ,19. primo dubio,vide quædam per Curtium conſ.84.in fine. *Ioan. Ang. Piſan.*

Deciſio 32.

ADDE ad hanc deciſ. Iacobi. in l.qui fundum, num. 2. ff.de iure dot. qui ibi ponit pulchrã quæſt. & Decium conſ.84.in fi. & quædam ad materiam. Bald.conſ.199.vol.3.num.4. Marſ.in ca.1.§.notandum,

dum, col. 1. in princ. de his qui feud. dar. poss. dicit idem in emptore agente ad rem. Quod iudex potest eum, si pretium non soluit, ad pretium. Ad idem plenè eundem Mars. in cap. 1. col. 7. in fine, de cont. inter dom. & vas. de inuest. vbi allegat bona iura. Et adde econtra casum quod si quis fuit condemnatus ad restitutione pignoris poterit petere pretium, licet de eo sententia nullam fecisset mentionem, Cuma. consi. 19. 1. dubio. vide omnino Vicent. Caccialu. in suo libello de bello Italico, ver. iudicium, fol. 2. in fine, Fel. in cap. significauit, num. 10. de testi. Paul. de Cast. in l. si pecuniam, ff. de pign. act. & in l. si necessarius, §. omnis pecuniarum, eo. tit. *Prosp. Car.*

Super decis. 32. num. 2.

AD materiam, vide Iacobi. in l. qui fundũ, nu. 2. ff. de iure dot. vbi ponit pulchram quęstionem. Ibi, in contrarium dicebatur, vide Ias. in §. actionum, nu. 137. Instit. de actio. Matth. in cap. 1. § notandum, col. 1. in princ. de his, qui feud. da. poss. vbi dicit idem in emptore agente ad rem quòd iudex potest eum condemnare ad precium si non soluit, & de materia, vide Dec. cons. 84. in fi. Bald. cons. 199. num. 4. & idem Matth. in cap. 1. col. 7. in fine, de conten. inter domi. & vasal. de inuestit. feud. vbi bona iura habes quod si Creditor fuit condemnatus ad restitutionem pignoris simpliciter, nulla mentione facta de eo, quod eidem propter pignus quod petet pretium, Cuma. cons. 19. in primo dubio. *Hieron. de Mart.*

In Decis. 32.

IN Decis. 32. num. 4. ibi, Successiuo eius quod principaliter petitur. Adde quod nota. pro limitatione l. vt fundus, ff. com. diuid. & l. fin. C. de fid. libert. & adde infra, in decis. 83. 2. col. vers. vnde fuit mihi visum. *Marcus Antonius Puluerinus.*

In Decisio 35.



DE sententia expertorum an transeat in rem iudicatam, & alios casus vide pulchrè Io. de Ami. cons. 303, vide supra decis. 22. post dicta testificata tam articulus impertinens quam dicta testium reiiciunt, & admittitur probatio si pars ignorauit an te publicationem, ibi, sententia expertorum, num. 6. adde quod idem est in sententia lata ex priuilegiatis probationibus, vel ad cõsilium sapientis, vide Girat. sing. 20. ad quod nec experti cogi possunt ad sumendum onus iudicandi, Hippo. sing. 227. Nota insuper ex ista decis. quod testes ad commitantiam tunc examinãtur quando pars ignorauit, & quando illud ꝙ concommittitur valet, & hoc videtur concludere, *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 33.

AD materiam adde Afflict. in constit. Iurisperitorum per totam.

Post publicationem non licet alicui aliquid probare. *Prosp. Carau.*

Ad 33. Decis. vide aliam supra septima decisio. *Hieron. de Martino.*

In Decisio 33.

IN decis. 33. post quam fuit iudicatum &c. Adde ad materiam istius decisionis, & primo quod si iudex admisit articulos, an post factas probationes super eis possit illos reiicere tamquam impertinentes non obstante quod prius illos admiserit, vide Dec. consi. 84. incip. Excellentissimi Doctoris, col. pen. in fi. ver. postremo, & cons. 162. in 2. col. circa princ. & adde eund. supra in decis. 7.

In ead. decis. in princ. Ibi, non tenetur dicere cui facta sit. Adde, vide decis. sup. 22. aliter non poteris rectè intelligere hanc decisionem, & vide eundem infra in decis. 91.

In ead. decis. nu. 3. ibi, Post dedicita testificata. Adde dum hic dicitur, quod post publicatum in causa, non licet probare per testes, vide infra in decis. 216. vbi ponit Afflict. nonnullos casus in quibus licet aliquando post publicatum in causa testes examinare.

In ead. Decis. num. 5. ibi, Sententia expertorum nunquam transit in rem iudicatam. Adde quòd à sententia expertorum licet appellare, vide infra in decis. 188, vers. respondet conuentus.

In ead. decis. num. 7. ibi, Si iudex non data copia articulorum, Adde Dec. cons. 84. col. pen. in fi. ver. postremo, & consil. 162. col. 2. circa principium. *Mar. Anton. Puluerinus.*

In Decisio 34. ibi, Sed in donatione inter viuos.

VIDE Cępol. cons. 14. col. pen. in ciuilibus, tu vide de Specul. in titulo, de iniurijs & damno dato, §. sequitur, vbi dicitur quod est considerandum tempus quo viuere poterit occisus. *Ioan. Angelus Pisanellus.*

Decisio 34.

ADDE quod in contrarium est infra decis. 146. vbi expressè tenet, quod potest inuito variare & dare aliã, & qualiter operetur, per Patidem in tractatu synd. in verbo compositio, cap. qnia plures. & vide Petr. de Rauen. in suo Compend. iur. cano. tit. de iniur. & damno dat. fol. 169. col. 1. in l. hæreditatum, ff. ad l. Falc. de hac l. vide Corne. cons. 193. 3. vol. & omnino cons. 91. eo. vol. & omnino Bertrãd. cons. 144. num. 5. vol. 5. vide etiam Grammat. decis. 101. num. 112.

Aestimatio ad vitam est annorum quindecim. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 34.

CONTRA hanc decis. fuit decisum in decl. 146. vbi expressè tenet quod potest inuito genero variare, & vide etiam multa alia, quæ ibi addidit in vers. ego dicebam vide Corn. cons. 195. vbi declarat istũ text. in l. hæreditatium. *Hieron. de Martino.*

In Decisio 34.

IN. decis. 34. Pater quidam. Adde eund. Matth. infra in decis. 146. incip. D. Antonius, quam vide omnino. *Mar. Anton. Puluerin.*

In

In Decis. 35.



IDE in decis. 114. in liquidatione bono rum non datur secundum beneficium si in principali instantia fuit concessum aliter in causa Sancti Martini de Cartusiensibus cum Viola Caneti de Puteolis, & litis consortibus, dum secundum beneficium peteretur pro parte Violæ, per monasterium replicabatur non debere concedi, ex quo aliàs concessum erat, apparebat enim secundum concessum, non tamen apparebat primum sacrum Consilium decreuit dandum esse, & sic dedit terminum pupillæ prædictæ, & consortibus similiter dierum decem pro omni beneficio magister actorũ Antonius Mancusius processus fuerat notarij Iacobi, & à carte 65. ibi, fuit conclusum si in causa princip. fuit de liquidatione deductum, non potest in causa liquidationis deduci, ibi, quia in causa liquidationis accessorium sequitur naturam sui principalis, vide in decis. 26. in princ. aliquid per Doct. in l. 1. §. si vir vxori, ff. de acquir. poss. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 35.

ADDE quod liquidatio instrumentorum debet fieri parte citata, Bald. in l. 2. C. de except. rei iudic. Bart. in l. 3. in 3. quæst. C. de pignor. Item liquidatio quandoque fit ex contentione duorum instrument. l. fin. C. de fals. cau. Duo tantum beneficia conceduntur mulieri, tertium verò petere non potest. *Prosper Carauita.*

In Decis. 35.

IN decis. 35. nu. 3. ibi, Ex processu iam formato. Adde Ias. l. 1. col. 2. vers. Item procedit libellus gloriosissimus, de eden. vbi vide omnino, & 1. col. vers. quarta conclusio, & ibi melius. & adde Dec. consil. 522. Visis consilijs, 1. col. vbi vide omnino circa hãc liquidationem, & taxationem reseruatã in sentẽtia.

In ead. decis. nu. 3. ibi, Et sic fuit conclusum. Adde eundem Matth. infra in decis. 114. incip. In sententia diffinitiua; quam vide omninò.

In ead. decis. nu. 4. in fi. ibi, Per id quod dicit Bal. Adde eundem supra decis. 26. circa princ. vbi etiam vtitur isto dicto Baldi. *M. Ant. Pulucr.*

In Decis. 36.



VAMVIS periuro non deferatur iuramentum, tamen eo confesso deferri potest semel periuro, latè Hippol. in l. maritus, col. 6. de quæst. ff. idem dicit sing. 74. vide Feli. in cap. per tuas, lo primo, col. fin. circa finem, extra de simon. de crimine periurij potest iudex laicus cognoscere, Rom. consi. 512. quo ad primum, col. 2. & quòd non sit deferendum, tenet Alber. in tract. de teste, in 3. quęst. prima principalis, col. 4. adde tamen quòd secus est in iuramento, quòd veniret deferendum in odium ipsius periurij, vt in cap. fidelitatis, Abb. in cap. cum in ecclesijs, extra de maior. & obed. sequitur Iacob. in tract. feud. vers. in quantum dicebat. ibi, & postea confessus, & per talem confessionem dicitur fecisse pacẽ cum Deo, vt pulchrè concludit Ferra. caut. 25. adde quod periurus etiam post peractam pœnitentiam non poterit esse testis, Hyppol. sing. 107. in fi. ibi, quòd not. Bald. vide in decis. 373. *Ioan. Ang. Pisanellus.*

Decisio 36.

QVI semel periurauerit non potest petere iuramentum suppletorium. *Prosper Carauita.*

In Decis. 36.

IN dec. 36. in prin. ibi, Iuramentũ suppletorium. Adde Lanfranc. in repet. legis admonendi, ff. de iureiur. vbi facit quadraginta conclusiones, in quibus nõ defertur iuramentũ suppletorium, vbi vide oĩno.

In ead. decis. num. 2. ibi, Periuro non est deferendum iuramentum. Adde Ias. l. 1. col. pen. ver. tertio limita in periuro, ff. qui satisd. cog. & l. 2. §. quod diximus, 2. col. ver. quarto limita, ff. si quis caut.

In ead. decis. in fi. ibi, Si aliquando quis fuit malæ famę, &c. Adde quod nota. dixit Ang. §. 1. in fine, in Auth. de mona. *Mar. Anton. Puluer.*

In Decis. 37. vers. dominus Mihael.



ICIT Roffr. cons. 12. col. fin. quod cõmunis opinio est quod non detur restitutio aduersus præscriptionem 40. annorum, vide quia multa contraria refert & melius se declarat cons. 97. & vide Ias. cons. 209. vol. 2. ibi, & dubium faciebat, vide in decis. 329. vide multa cumulata per Balb. in tract. de præscript. 4. parte, col. 58. ver. vigesimo nono, principaliter, vide Decium cons. 29. omnino qui audacter tenet, quod nullo modo detur restitutio, ibi, sed contrariam opinionem, vide Socin. cons. 2. in nouis, tenet, quod in præscriptione 30. annorũ detur restitutio, secus in 40. uide, quia subtiliter. & idem in cõs. 3. in fi. ibi, videbatur prima facie, meminit Balb. in rep. l. Celsus, in secunda parte, col. pen. ff. de vsuc. vbi hanc partẽ sequitur, & per Alex. in l. stipulatio hoc, col. 6. de verb. obli. ibi fuit conclusum, vide in decis. 133. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decis. 37.

IBI, in contrarium replicatur, & ibi fuit, ergo ius suum ignoranti nõ currit prescriptio, vide Marc. in l. qui fallam, in 8. col. ff. de fals. istam tenet Franciscus Balb. in tract. pręscript. in 4. parte quartę partis principalis, quæstio. 29. & in decis. 349. ibi, quando constituentes nõ possidebant. Bertr. and. cõl. 323. num. 1. vol. 3. ibi, fuit conclusum. Contrarium tenet Alex. cons. 77. num. 4. vol. 7. & vide in decis. 383. vbi melius de hac materia tractatur.

Tam aduersus præscriptionem decem & 20. annorũ cum titulo & bona fide possessam contra præscriptionem 30. vel 40. annorum datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ.

Precarium extenditur ad bona futura.

Vide infra decis. 355. num. 8.

Vxor mortuo viro non lucratur antifatum nisi quoad vsumfructum. *Prosp. Caran.*

In Decisio 37.

IN decis. 37. num. 2. ibi, Aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum, &c. Adde in quantum autor decisionis concludit, quod aduersus præscriptionem

ptionem 40. annorum datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, vide Dec. in cons. 29. incip. & pro tenui, vbi consulnit cōtrarium, & vide eundem Afflic. infra in decis. 329. & Decius in cons. præallegato concludit, quod aduersus præscriptionem 40. annorū nō detur restitutio, sed tantum aduersus prę scriptionem 30. annorum, & adde eundem Dec. in cons. 267. incip. Non excidit è memoria, in vlt. col. in ver. & stante præscriptione, & adde eundam D. de Afflic. in consti. reg. incip. Consuetudinem prauam, penul. col. ver. an autem ignoranti sibi ius competere, vbi nonnulla consilia domini Alexand. allegat, quem vide omnino. & adde Fel. cap. vigilanti, col. 1. de præscrip. latè, & copiosè examinantem.

In ead. decis. num. 3. ibi, Extendatur ad ipsam domum postea emptam. Adde, vide Dec. cons. 247. in fi. ver. non obstat quod supra dictum est, vbi contrariam opinionem tenenet, & vide eundem Afflict. infra in decis. 139. col. vlt. vers. sed quo ad bona, & vide eundem infra decis. 335. primo dubio, vbi multū latè examinat, quem vide omnino, quia nullibi melius reperies. & quod cōstitutum non operetur effectum nisi cōstituens possideat tempore cōstitui, adde Lanfranc. in reper. ca. quoniam contra, in ver. testium depositio, de probat.

In ead. decis. num. 5. ibi, fuit conclusum. Adde vide in decis. 40. & infra in decis. 383, vbi Afflict. latè examinat præsens dubium. *Mar. Ant. Puluer,*

In Decisio 38. ibi, Fuit per sacrum consilium, in versi. & filio.

QVANTA debeat esse legitima matris, vide Alex. cons. 140. vol. 1. & eundem in l. si plures, §. si duobus, de lega. 1. vbi dicit quod legitima matris est tertia totius, & dicit istā esse cōmunem opinionem, & de materia ista vide quæ posui ad Bald. in Auth. nouissima, C. de inoffic. testamēto, vbi scripsi vnum consilium, & quidem antea dicta, ibi, quia pater substitutionem in legitima non substituit, vide in decis. 367. ibi bene verum est, in ver. & ideo. Antun. de Alex. in l. pater filium, ff. de inoff. testamento, ad Bart. ibi tenet contra, & in d. Auth. nouissima. Paul. de Cast. etiā in l. planè, §. si duobus, in fi. de lega. 1. licèt Bald. ibidem dubitet, sed moderni ibi in hanc partem videntur inclinare, & Salic. in d. auth. nouissima, et Bal. in l. 1. §. 2. de cadu. toll. Pau. de Cast. cons. 253. & fui de facto interrogatus in eo qui instituerat matrem & fratres in tanta quātitate, mater autem petebat supplementum legitimę, quo casu licèt fratres sint instituti & non præteriti sicut competit matri, ita & fratribus militant tamen, eędem rationes cogita: tamen dico, quod licèt fratres ab intestato vocētur cum matre per Auth. defuncto, tamen nō debetur legitima, & ideo concurrent cum matre in successione intestati ad quam vocantur, sed non concurrunt nec computantur in computatione legitimæ ad quam ipsi non sunt inuitati, immo talis computatio fit taliter ac si fratres non extarent; non omnis igitur qui concurrit in successione minuit legitimam, sed is solus cui debetur naturaliter legitima: ex quo infero, quod si cum matre concurreret pater filij emancipati cui similiter debetur legitima tūc legitima matris nō esset nisi tertia semissis, quādo verò extarent fratres, tunc tertia totius per supra dicta, hanc rationem sentit Pau. de Cast. in d. cons. sed nō ita clarum, ex quo etiam infero ad aliam quęstionem notabilem. pone aliquem habentem matrem & fratres decessisse ab intestato conditis codicillis in quibus totū patrimonium exhausit & prohibuit de legatis detrahi Falcidiam, certè hic ab intestato vocantur fratres cum matre ad hæreditatem defuncti, mater autem detrahet integrum trientem pro sua legitima, in qua non potest esse grauamen. l. cum prioribus de inoff. test. C. sed fratres nihil detrahunt, quia eis nulla debetur legitima, & sic etiam ab intestato possunt priuari illa portione, quam lex eis defert ab intestato, & quia non vocantur in legitimā non obstant matri in computatione aut quantitate legitimæ, quòd est notandum: sed dubium est quid si tunc extant quinque fratres cum matre, & certè hoc casu mater non reportabit nisi sextam totius hæreditatis per dict. auth. defuncto, & in illa non grauabitur legatis, quia est integra sua legitima seu loco ipsius legitimæ quam haberet de iure communi diminutę per auth. defuncto, pp superexistentiam quinque fratrum, vnde in illa non poterit grauari nec erit sua legitima nisi solum tertia illius sextę partis quam habet ab intestato, et hęc nota, quia per Doctores non ita declaratur. Sed pro opinione Bart. tenet Ang. & Imo. in d. §. si duobus, & Cum. in l. recort iunctę, ff. de leg. 3. & vide consilium Petri Philippi Coin. pro hac parte consulentis, ibi, est etiam aduertendum an institutus in re certa. vide Socin. cons. 14. in nouis, in principio. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 38.

AD istam decisionem vide infra decis. 367. ibi, quia ipsa succedit; nota quod successionem filij mater succedit cum fratre & sorore dicti filij pro virili portione, l. si quis, & l. eum. C. ad Tertull. Hoc fallit quando inter ipsos est substitutio, quoniā tunc duntaxat legitimā habet mater. ibi, bene verum est propter pupillarem substitutionem mater omnino excluditur. Et quo ad legitimam ita Decius, in l. precibus, 3. col. circa fi. C. de impub. & alijs substit. & ibi Paul. & in decis. 75. Mater succedit vna cum filijs seu filiabus in bonis alterius filij morientis siue mortui. *Prosp. Carauita.*

Decisio 39.

IBI sententię stipulatione. Alex. cons. 34. vol. 2. vbi ponit quod licèt fideiussor obligetur ex contractu stricti iuris, & ex contractu stipulationis: tamen simpliciter acceptus, videtur acceptus in omnem causam totius obligationis & contractus. & multa notabil. ibi, & vide Curt. iunior. cons. 36. num. 5. Paul. de Cast. cons. 401. num. 11. col. 3. vol. 1. Loffred. consil. 32. num. 21. cum sequen, & Gozad. cons. 2. num. 24. & Barba. cons. 1. num. 3. vol. 2. Dec. con. 146. & ibi not. col. 8. in fine.

Testes deponentes parte non citata non probant. & vide Dec. 47. & decis. 28.

Semper est locus pœnitentię donec non erit confecta scriptura.

Manifesta iniquitas æquatur nullitati. *Prosper Carauita.*

In Decisio 39.

In decis. 39. in princ. Adde eundem Matt. iusta in decis. 47. & supra in decis. 28. & infra in dec. 362.

In ead. decis. num. 3. ibi, Quod adhibeuetur notarius. Adde Paul. de Cast. l. cum res, t. col. C. de probat. & l. contractus, C. de fide instrum. quem refert, & sequitur Dec. cons. 159. 3. col. in fi. vers. sexto prædicta, & cons. 11 t. 2. col. in princ. & cons. 340. 1. col. cum sequen.

In ead. decis. num. 5. ibi, Quæ manifesta iniquitas æquipararur nullitati. Adde eundem supra decis. 28. vers. sed hęc hesitatio peperit aliud dubium.

In ead. decis. nu. 6. ibi, Dicitur euidens iniquitas. Adde Lanfranc. c. quoniam contra, in princ. col. 8. de probat. & glo. in Clem. Pastoralis, de re iud. *Mar. Ant. Pulner.*

In Decisio 40.



Iam, primo, adde Neapod. in consuetud. Neap. prima, & eundem Mats. in constit. licentiam, col.2. vers. ibi verò, & Rom. sing.183. & vide Cagnol. in repetit. l.2. num.200. C. de pactis inter empt. & vendit. vbi pulchrè loquitur de euitando circuitu, & nota quod etiam contra cæremonias iuris ciuilis multa tolerantur, vt euitetur circuitus. Cassa. cons.11. num.67. & vide omnino Carolum Ruin. in repetit. l.4. §. Cato, ff. de verbo. obligat. num.20. & ibi Hieron. Butticell. qui tenent contra num.42. Lancellot. in repetit. Rubr. ff. de verb. oblig. col.25. & Alciat. in l.1. num.15. ff. de verbor. obligat. & ad istam decis. vide Iacobin. l. cum fundus, §. seruum tuum. Dec. cons.45. ibi, sed contrarium, vide Mats. in constitutione, fratribus, in fine. *Prosper Carauita,*

In Decis.61.

In decis.61. in princ. ibi, Promissio constituendi dotem, an habeat eundem effectum ac si esset cõstituta. Adde Grammat. decis.503. incip. Illustris Marchionissa Padulæ, col.5. in fi. vbi vide omnino.

In ead. decis. num.3. ibi, Tertio dubitatur. Adde l. nihil, ff. rer. amot. & ibi, uide quæ posui in apostilla ad Bart. & adde circa hoc tertium dubiũ vltra DD. allegatos hic per Matth. adde Ang. Aretin. in §. fuerat, 20. col. in fi. Instit. de actio. & adde D. Ias. in l. nõ totum, circa fin. C. de legat. & adde eundem Ias. in Rubr. ff. solu. matrim. in 5. col. & seq. & adde Felin. in c. tertio loco, in 1. & 2. col. Sed quid si contractum est matrimonium per verba de præsenti, non tamen est ducta ad domum viri, nec est carnaliter cognita? Quæritur an mortuo viro lucri faciat antifatum, vide omnino Neapoda. in consuetud. de iure quartæ, in quæstione quæ incipit, Sed quid si est contractum matrimonium. *Marcus Antonius Pulverinus,*

Decisio 62. & 63.

AD hanc decis. adde supra decis.52. quæ autem sint exceptiones, quæ impediũt litis ingressum, vide Marianum Soci. cons.38. ver. cum ergo, vol.1. & Paul. de Cast. cons.221. in fi. vol.2. Aretin. in §. æquè, num.5. de excep. Bertran. in cons.129. vol.1. num.3. exceptio iurisiurandi non est, si est decepta ueritas, ut per Bald. in l. fin. nu.1. C. de non numer. pecun. Quod limita nisi probationes receptæ fuissent parte contradicente, Bald. in l. certi condictio, §. quoniam, in fi. ff. si cert. petat. & Hippol. cons.19. num.7. *Prosper Carauita.*

In Decisio. 62.

In decis.62. in princ. ibi, Via uicinalis in medio duarum terrarum non impedit ius congrui. Adde, sed pone quod uenditur domus quæ est coniuncta, & collateralis horto, uel curti domus cuiusdam uicini, & coniuncta domui alterius uicini, utrum Dominus horti, uel curtia habeat ius congrui, uide infra in decis.223. sed quid si uia publica esset in medio, utrum habeat locum ius congrui, uide Bartholom. Cæpol. in tract. suo de seruit. rustico. præd. cap.3. de seruit. uiæ, col.13. in 20. quæst. *Marc. Antonius Pulverinus.*

Super Decis.63. in summario de exceptione &c.

QVAE autem sint exceptiones impedientes litis ingressum, Soc. cons.38. Paul. cons.221. in fi. & de materia huius decis.63. vide Ioan. de Amic. consil.48. & supra decis.52. Aretin. in §. æque, num.5. de except. & Bertrand. cons.129. numero 3. *Hier. de Martino.*

In Decisio.63.

In decis.63. fuit dubitatum si contra agentem opponitur exceptio iurisiurandi ad impediendum litis ingressum. Adde quæ autem sint exceptiones impedientes litis ingressum, uide omnino Alexand. in apostillis ad Bartol. in l. vir bonus, ff. iudic. solui. vbi enumerat omnes exceptiones impedientes litis ingressum.

In eadem decis. Adde infra in decis.240. & vide pragmaticam Regis Ferdinandi, incip. Comparente reo, char.253. & adde Ias. l. nam & postea, 3. col. in princ. ff. de iureiur. vbi vide omnino, & vide eundẽ Afflict. constit. Reg. exceptiones dilatorias, col.7. vers. sed an ista, & in 2. col. vers. quarto quæro, & in constit. Reg. exceptiones filiationis, 2. col. in princ. vbi vide omnino, & adde eundem sup. in decis.52. vbi etiam vide omnino; Sed quid si opponatur exceptio impediens litis ingressum quæ requirat altiorem indaginẽ, an impediat litis ingressum, vide Bartol. l. nam & postea, in princ. quẽ refert, & sequitur Alex. l. ille a quo, §. si de testamento, 2. col. 2. not. ff. ad Trebell. Sed quid si iudex vult omittere cognitionem super exceptione opposita, & istam reseruare cognoscendam in fine causæ, & ad vlteriora procedere an possit? Vide Alex. d. §. si testamento, col.2. ver. iuxta hoc, & adde Matth. constit. prædicta exceptiones, col.6. ver. septimo et vltimo, num.56. vbi vide. *Mar. Ant. Pul.*

In Decisio.64.

PROCVRATOR & institor non obligant dominum criminaliter ex iuramento ciuiliter sic, & executio fit contra dominum, vide de institore per Deciũ cons.510. vide quando fit quietatio institori an intelligatur de debito proprio, vel communi, vide Bald. cons.72. in fælicitate, vol.3. ibi, & in constit. Regni cos. dic rationem esse, quia

constitutio requirit proprium iuramentum iurantis ad hoc ut de periurio puniri possit, & sic non sufficit, quod præstetur habenti speciale mandatum, ita Lucas in l.... col.6. in fi. C. de erog. mil. anno. lib.12. in ver. & in dicta causa criminali, vide Lucam in l. in sacris, col.11. de prox. sac. scri. lib.12. ibi, bene tangit, vide Alex. cons.186. & Socin. cons.90. col.6. in nouis. *Ioan. Ang. Pisanellus*.

Decisio 64.

AD hanc decisionem adde quod nuncians in instrumento non debet necesse probare, quod sit versum in vtilitatem domini, l. fin. ff. de executor. quod non procedit in prælato ecclesiæ. Cotta in suis memor. in ver. Eccles. *Prosp. Carauita.*

In Decis. 64.

IN decis. 64. num.2. ibi, Item quia causa super præsentatione instrumenti, Adde, videri tum Mag. Curiæ, incip. Item seruat dicta Curia char.283. Iuxta hanc decisionem D. Matthæi, quæritur vtrũ procurator cui facta est promissio iurata, procuratorio nomine possit accusare debitorem de periurio, tam ipse quàm principalis creditor qui fuit absens tempore iuramenti, vide omnino D. Matth. in constitut. eos qui scienter, 4. col. in fi. *M. Ant. Puluer.*

In Decis. 65.



CONTRACTVS simulatus ex pacto de retrouendendo, & iniustitia pretij præsumitur, vide Ias. cons.131. vol.4. & cons.153. huius decis. numer Decius cons.292. ibi, neque instantiam, vide supra decis.4. ibi, ad faciendum contractum, quòd ista duo sufficiunt, vide omnino Dec. cons.267. sed vide omnino Abb. in cap. in aliquibus, de decim. vbi concludit, quòd ex his duobus non arguitur simulatio, nisi de Vipetianum in repetit. l.1. §. & parui, ff. quod vi aut clam. vide quæ notaui Afflic. in decis.4. supra. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 65.

ADDE Dec. cons.18. & cons.308. nu.5. Iacobi. in l. epistola, §. si error, num.4. ff. de pact. Abb. consi. 69. num.1. vol.2. Bald. cons.359. vol.5. & cons.205. vol.2. in nouis. Alex. cons.40. vol.3. in primo dubio. Bart. in additione quã facit ad Extrauag. Iust. de except. vbi multa pulchra nu.28. Barb. consi.8. nu.5. vol.4. & quando contractus præsumatur vsurarius, Barbat. consil.22. vol.4. num.1. & an post triginta annos possit agi, Bald. cons.272. Vtrum post triginta, vol.3. & Rom. cons.304. & 423. num.7. De materia simulationis contractus vide Bald. cons.18. & cons.237. Proponit. & cons.279. In causa ista, vol.1. & alia quæ requiruntur vltra hic dicta, vide Alex. cons.109. num.14. Dec. cons.167. Alex. consil.46. vol.3. & cons.109. & 119. vol.4. & consi.28. vol.3. Iacobi. in l. si quis nec causam, §. pignori, ff. si cert. petat. & tex. in l. nec vliam, aliàs l. etiam, §. si quis, in ver. exiguum, ff. de petit. hæred. vbi paruum pretium non petitur loco rei. Iason cons.150. 4. vol. & cons. seq. & cons.153. eod. vol. Et nota, quòd ille, qui dicit contractum simulatum, debet probare & exprimere speciem simulationis. Dec. cons.463. num.8. vbi multa cumulat. & ibi, an simulatio contra instrumentum testibus probari possit. An autem contra singularem successionem possit agi ex contractu simulato. Bald. in l.1. C. de pign. act. quod nota: quia habui in facto. Ludo. cons.304. in fi. Bal. in c.1. in fi. de feud. dat. in vic. leg. cõmiss. et cõs.18. vol.2. ibi, 13. sufficiunt duo, vide eundem Mat. in c.1. de feud. dat. in vic. leg. cõmi vbi per plures columnas tractat materiam simulationis contractus. Ludo. Gozad. in repet. l.2. nu.183. C. de pact. inter empt. Paul. de Cast. cons.143. Viso processu. De materia huius decisionis vide per Cagnol. in d. l.2. C. de pact. inter empt. Grammat. decisio. 76. & eundem Afflictum decisione 40. & Corneum consil.4. volum.1. Abb. consil.77. Barb. cons.51. vol.1. Corn. cons.134. Quamquam, per totum. & consi.241. & cons.346. vol.1. Bertran. cons.184. vol.1. & cons.170. num.1. vol.3. & cons.32. vol.3. & cons.88. vol.1. & consi.263. vol.2. & cons.119. eod. vol. & de materia huius decisionis, vide supra decis.40. in fine. & Cuman. consil.155. vbi plenè, & Bal. cons.389. vol.4. vbi quanta faciant præsumi contractum fœneratitium. & an ad præsumendam simulationem contractus requirantur plura indicia vel vnum, Decius consil. 692. vol.4. Pactum de retrouendendo an faciat contractum simulatum. Bald. cons.237. Propositis. & consil. seq. & cons.314. vol.1. Barb. consi.8. per totum vol.4. & cons.22. eod. vol. ibi, nec probatur. Barbat. cons.8. num.2. vol.4. & ibi de materia huius decis. multa notabilia. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 65. numer. 1. vers. fuit bene discussum.

DECIVS tamen cons.167. sustinet, quòd omnia ista tria requiruntur, & dicit in quibus habeat locum cap. ad materiam, extra de empt. & vendit. & quòd non habeat locum in datione in solutum, vide eundem Dec. cons.18. & cons. prælleg. & an ex contractu simulato possit agi contra singularem successorem, Bald. in l.1. C. de pign. actio. Roman. cons.304. & Bald. in cap.1. de feudal. inuest. in fine. Quæ autem sint coniecturæ, & probationes ad probandum contractum simulatum, vide Bart. cons.21. in vltimis. & an pactum de retrouendendo faciat præsumi contractum simulatum, Bald. consi.237. & seq. & cons.314. & de materia simulationis vide Matt. in cap.1. de feud. dat. inuest. cons.5. Paul. consil.143. incip. Viso processu, & Corn. cons.4. Abbas cons.73. incip. Tria faciunt. Bertrand. consi.184. & cons.170. num.1. & cons.32. & cons.88. & de materia huius decis. vide supra decis.40. in fi. Bald. consil.389. vbi quæ faciunt præsumi contractum fœneratitium, & an requirantur plura initia, an vnum, Dec. cons.692. *Hieron. de Martino.*

In Decisione 65.

IN decis.65. In causa. Adde Grammat. decis.76. inci. Magnifica Hippolyta, col.8. vbi vide omnino. Sed aduerte, quòd ista quæ dicuntur in contractu emptionis, & venditionis, vt patet in hac decis. non habent locum in datione in solutum, vt eleganter voluit Fulgos. consi.134. incip. In quæstione. vers. coram Capitaneo, 2. col. sequitur Dec. consi.308. 2. col. versic. secundo quia hic agitur. & latius idem Dec. cons.147. col. pen. vers. tertio respondetur. & idem

idem Dec. hoc dictum sequitur consil.18. 3.col. in princ. & adde eundem infra decis.339.

In ead. decis. num.2. ibi, Sed sufficiunt duo tantum. Adde ad faciendum contractum simulatum sufficiunt ista duo tantum, videlicet, pactum de retrouendendo, & modicitas precij, & istam opinionem tenet etiam dominus Thomas Ferratius in cautelis suis, caut.17. quem vide omnino, & adde Dec. consil.167. vbi latè examinat hunc articulum, & eundem in cons.308. incip. In casu ad nos transmisso, in 2.col. Barth. Socin. in cons.249. incip. Nunquid ex duobus, in 2. vol. Paul. de Cast. in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. pet. Ange. de Aretio in §. ea quæ, in 32. col. Instit. de except. Sed quæritur, quòd dicatur modicum pretium vt cōtractus dicatur simulatus, & vsurarius, vide Guido. Pap. in sing. 938. & adde Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, in 7. col. ff. pro soc. & ad hunc articulum adde nouissimè dominum Ant. de Burgos, in cap. ad nostram, 12. col. ver. veniamus modò, de empt. & vendit. & Fratrē Bernardi. de Bustis, in prima par. suorum sermonum, in 27. sermo. vers. secundo committunt vsuram, vbi vide omnino, Sed aduerte, quòd si in contractu est appositum iuramentum, cum clausula, omnia, & singula esse vera, excluditur exceptio simulationis, vide decisio.5. num.60. Item nota vnum, quòd est singulare, quòd præsumptiones fraudis, ex quibus contractus venditionis arguitur, & probatur simulatus, vt patet in iuribus hic allegatis, non habent locum in datione in solutum; ita Fulgos. cons.134. & sequitur Decius cons.260. 2. col. num.4. & adde Roman. consi.473. 8. col. vers. vltra, vbi omnino. *M. Anton. Pulucrinus.*

In Decis. 66.


N decis.66. in principio. Adde an talis moratoria, seu saluusconductus extendatur ad debita iurata, vbi nihil dicitur de debitis iuratis. vide decis.5. num. 5. & Ias. l. quoties, in princ. C. de precibus Imper. offer. *Mar. Ant. Puluer.*

In Decis. 67.


IDE in decis. 282. & 378. ibi, & vnus actus sufficit, vide aliqua allegata per Alexand. cons.6. col. 2. vers. est enim, in primo vol. & cons.82. in prima col. vol.3. *Ioan. Ang. Pisan.*

Super Decis. 67. in vers. fuit dubitatum.

QVAE requiruntur ad acquirendum quasi possessorium in iuribus incorporalibus, vide Iason. in §. æquè, Institut. de actio. Ias. in l. si prius, ff. de noui oper. nunciat. Ioan. Fab. in §. retinendæ, Instit. de interd. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 68.


VANDO emptio fundi tantæ mensuræ fit vno pretio, licèt plus reperiatur, cedit lucro, vide Dec. cons.500. Boer. dec.50. in 2. parte. Ias. cons.73 t.2. dubio, vol.1. & cons.29. vol. eod. Vide de hoc quando est receptū à corpore & quando à quantitate, Soc. in l. falsa demonstratio, ff. de condit. & demonstrat. Anton. de Butrio in cap. cum causa, col.16. de empt. & vend. vide de concessione facta cū istis terminis si postea reperiatur pluris mensuræ in terminos designatos per Alex. cons.82. vol.7. vide quando venditio est facta de partita tot iugerum in tales confines vel iuxta tales confines. Alexand. cons.116. aliàs 107. vol.6. an venditio fundo delata debeant mensurati cum fundo, Bart. in l. prædia, §. ita legatum, ff. de fund. instruc. & quid in ripa, in Rubr. de contrahen. empt. q.4. & quid in possessione locata ad mensurā iugerū, pulchrè per Alex. cons.120. hic alleg. ibi, & dicit Bald. vide supra dec.58. ibi, hanc decis. approbat, vide Alex. cons.73. 1. col. vol.3. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 68.

IAT, præsumendum est, adde Alexand cons.62. consideratis verbis, num.6. vol.4 vbi quid actum sit inter contrahentes, & pretium attenditur, & ibi ponit exemplum. & Barb. in cap. ex parte, col.6. in fi. extra de feud. ibi, & pro hoc facit, vide Dec. cons. 500. vbi plenè declarat, qualiter dicatur incipiens a certo tempore, & quando, Ias. in cons.55.73. & 79. vol.1. Barbat. in Rubr. de empt. & vend. col. fin. & infra decis.280. vide Ias. in §. actionum, num.17. Instit. de action. Capic. decis.14. *Prosp. Carau.*

In Decisio.68.

IN decis.68. nu.2. in fi. ibi, Et pro hoc facit &c. Adde vide omnino Decium cons.347. Incip. Prima facie, & vide omnino Antoni. de Burgos, in cap. cum causa, in antepenult. col. vers. decimoquarto limito, extra de empt. & vendit. *Mar. Ant. Puluer.*

In Decisio 69.


CTVS gestus metu reuerentiali verborum vel minis rescinditur & iussui æquiparantur importunæ preces testantium, & pro parte rescindi, & pro parte confirmari. ibi, vnum præsumendum. Authoritas notarij, adde quod semper testamentum præsumitur validum nisi probetur contrarium, Decius cons.11. secundo dubio principali, vbi multa. ibi, vide sunt, vide supra decis.59. & 393. & hoc fortius indicat concurrentiam personarum, vt dicit Alexan. cons.42. col.1. vol.1. ibi, nam ista æquiparantur, vide Alex. cons.124. in fi. vol.1. ibi, nisi in tyranno, vide Soc. cons.23. col.5. in nouis, vbi tenet quod imperium Principis aut dignitas rogantis non inducit metum, vide eundem cons.59. col.8. an propter minas liceat occidere aliū, ponit Ias. in l. vt vim, col.4. ff. de inst. & iure. adde quod minæ de occidendo inducunt inimicitiam capitalem, glos. in l. licet, de arbitr. quam sequitur Alex. cons.14. col.2. vol.3. adde quod contra minantē est maxima præsumptio, Bolog. consil.37. colum.5. circa finem. ibi, nec obstat, adde quod si quis per blāditias fuit heres institutus & non consanguinei testantis, tamen si consanguinei reperiuntur in possessione ipsi præferuntur instituto, ita Bald. in l.1. C. si quis ali. test. proh. sequitur Corf. suis sing. ver. hæres, col.38. ibi, occultè per alium, vide omnino Decium, cap.1. de offi. da

leg.

leg. not. 2. & conſ.42. vide Paridem in tract. ſyndi, char.23,col.3. *Ioann. Aug. Piſan.*

Deciſio 69.

AD iſtam deciſ.adde ſupra deciſ.43.ibi, Vnde ſicut actus reſcinditur ad intellectum & limitationem, quæ continentur hic, vide Paul.de Caſt.conſ. 174. col.3. in princip. vide Ioan. Capic. in tract.de dot. 13.par.quæſt.88.& in materia metus, vide Bertrand.conſ.4.num.31.cum ſeq.vol.3.vbi multa not. & vide ſcripta in materia metus,in deciſ.336.& Bertrand.conſ.336,vol.1.& conſ.64.& conſ.1.eod.lib, & quis dicatur metus iuſtus, Barb.conſ.60.num.6, vol.1.& Corn.conſ.41. vol.2. & de materia metus, vide ſcripta infra deciſio. 246. & qualiter primus metus purgetur, Barbat. conſ.54. nume.21. vol.1. & metus qualis debeat eſſe, Barb.conſ.30.col.1. volum.3.& Corn.conſ.41.vol,2. vbi pulchrè de metu non purgato,& Barb.conſ.81.num.24.vol.2.vbi dicit,quod facilius probatur metus,quam libertas animi,nu.11.Iaſ.in l.ſi ob turpem,nu.3.ibi,quarto limitat.ff.de condic.ob turp.cauſ. & Bald.conſ. 26.punctus in littera D. vol.3. in nouis, & vide Dec. conſil.219.num.8. cum ſequen, & Vital. in tract.clauſ, clauſula de metu vxoris. et Alexan. in l.ſi cum dotem, §.eo antem tempore,ff.ſol.matrim.& eundem Afflict.in conſtitut.dubitatio Iuriſperitorum.9.not. col.fin. & Iaſ.in l.Titia, nume.11. ff.de verbor. obligat.& Barbat.conſ.60.num.3. vol.1. vbi de materia iſtius metus, & in omnibus iſtis locis inuenies multa ſingularia, & dicenti ſe feciſſe aliquid metu carceris, an ſit neceſſe probare,quod in illo puncto, vel hora qua fecit contractum erat in carcere, Bald, conſ.47.in 2.parte, aliàs in 3.vol.conſ. 115.& qualiter probentur verbera vxoris, Barbat. in d.conſ.6, num.3. & Bald.conſ.223.punctum infraſcript. volum.1:aliàs eſt in tertio vol,num.26. & Franc. Are, conſ.14.vbi ſi quis contrahit metu,ſi ſoluit ex poſtfacto pecuniam, vt adimpleat contractum, videtur ipſum approbare. *Proſper Carauita.*

In Deciſ.69.

IN deciſ.69.num.8.ibi, Et hoc verum ex poſt facto. Adde limitatio. ad regul.l.ius noſtrum, de regul. iur. vide infra in deciſ.125. vbi habes etiam teſtamentum ex poſtfacto pro parte rumpi, & pro parte non. *Marc. Ant. Puluer,*

In Deciſ.70.

QVANDO proceſſus eſt nullus ſi iterum agatur, expenſæ debent refici, dicit Old. conſ.1. col.1. quod proceſſu pronunciato nullo debet omnia ex integru fieri, & talis pronunciatio eſt interlocutoria. Ang.in l.ſi quis libertatem, in ſi. princ, ff.de peti.her.adde quod perempta inſtantia, ſi actor vult iudicium proſequi,tenetur prius expenſas reficere, & non ſufficit depoſitum, ita Decius conſ.34. in fine,vide omnino prag.de inſtantia non reſtituenda, vide Alex. conſ,164. in princ. vol.3. qui dicit quod ratione proceſſus nulli debentur expenſę,adde quod ſi quis per contumaciam fuerit poſitus in poſſeſſionem, quod ſi cōtumax voluerit audiri, debet reficere expenſas prius,ſufficit tamen oblatio ſine depoſito, quia eſt actus qui fit in iudicio, ſecus ſi extra iudicium, ita Bart.in l.ſi rem alienam, ff.de re pign.act. §.fin,& conſ.27.& 22. Ioan,Angelus Piſauellus in 3.volum.conſi,nondum impreſſorum, *Ioan. Ang. Piſanellus,*

Deciſio 70.

IBI, iuxta l.Barbarius,vide Hippo.in ſua pract, §,aggredior,col,2.ver. item ſuum. *Proſp.Carauita.*

In Deciſ.70.

IN deciſ.70.in princ.Adde eundem Matth.infra deciſ.77. vide Dec. conſ.191. 3.col.circa medium, verſ.quia omnia facta,

In eadem deciſ.in fine ibi, Data nullitate proceſſus. Adde Dec.conſ.34.col. vlt.Lanfranc.in repet. cap. quoniam contra, ſub Rubr.de expenſ.in fine, & adde quod perempta inſtantia ferri non poteſt ſententia, vide Parid. de Puteo in commento cap. deteſtantes, in ver. reſtat, char.90. *Marc. Anton. Puluerinus,*

In deciſ.71. in verbo, agnoſcere.


ILLAM gloſ. ſequitur Corſet. ſing. ſuis in verbo,expenſa,colum.3. *Ioann. Angelus Piſanellus.*

Deciſio 71.

AD iſtam deciſ. adde quod Ang.in §.fin.in fine, ver. & ibid. Ioan. Fab. nume.5. Inſtit. de action.dicunt iudicem poſſe liberare debitorem creditore nō ſubminiſtrante expenſas,idem dicit etiam Corſet.in ſing.in ver.expenſa,io tertio. Felin.in cap.1. num.9. de libel.obla.& Boer.deciſ.303.num.2.nihil ad hoc allegant, Ioannes de Plat.in l.fin.C.de eroga.milit. anno. Dicito aliter, & quod hoc caſu expenſæ fient a Curia,per l.lege Cornelia,ff.ad Syllan.ſed illa lex loquitur in criminalibus; vbi ad publicam vindictā agitur, Par. de Put. in ſyndicatu,in ver. an carceratius, fol.84. dicit quod poteſt agi actione iniuriarū, & iudicio pęnali contra creditorē denegantes victū, per l.ſi victū, ff.de re iudi.practica, quæ eſt optima legū interpres ſeruat iuxta primā opi. & ita quotidie conſeruat Magna Curia Vicariæ. Addé iſtam deciſionem gloſ,in l.2.in ver.de pane & aqua,in litera C,in tit.de los hobiemus,lib.3.& Corſet.in ſing. in ver.expenſa,lo tertio, & Guid.Pap.deciſ.Delfin. deciſ.211.& Afflict.in cap.1.ver.ſi iudex. colum.4.de pact. tene vbi aliqua de hac materia, contra fiſcum nō poteſt fieri ceſſio,deciſ.265.ver.32.& an negans debitum poſſit poſtea confiteri. & cedere bonis, vide deciſ.295.& 379. & an poſſit cedi poſt reſcriptū dilationis quinquennalis, infra deci.397.vide Boer. deciſ.303. *Proſper Carauita.*

In Deciſ.71.

IN deciſ.71.in princ.Adde Anton.Corſet.in ſuis ſingular. in ver. creditor, qui fecit carcerare, & in ver.expenſa; & vide Parid.de Puteo, in tract.ſyndica.in ver. an carceratius, char.30. *Marc. Anton. Puluerinus.*

In de-

In Decisione 72.



Emphyteusis excludit ius congrui, vt vbi est probandus certus actus duo testes sufficiunt, nec generalis sufficit, vide Fabrum Instit. de adopt. in §. sic enim. vbi dicit esse permissum quęrere istas vias indirectas, & infert ad quæstionem iuris congrui, & secundum hanc decisionem ita concludit Iacobi. in tract. de Roidis, col. 20. Nota in materia, quod licèt clericus emens cessare faciat ius congrui, tamen si clericus in fraudem emerit dicitur exclusus, & illa res applicabitur vicino, & vltra alios ad hoc pondero Cons. in suis sing. in verb. Gabella, col. 36. & corroboratur per id quod voluit Lucas de Penna in l. fin. C. de anno. sublatis sex. quòd si quis alienauerit bona sua in clericum in fraudem ad hoc vt euitet collectas vel alia munera, priuabitur illis, vide ibi primo, quia licitum, hoc idē tenet Alex. cons. 112. col. 2. vol. 1. vers. sexto ibi, sed vbi est expressum vide omnino Iaco. in tract. feud. ver. præsentes, col. 1. ibi, & si contractus qui de sui natura, vide Alexand. cons. 136. col. 4. vol. 1. & in d. consi. 112. in fine, ideo Alex. cons. fin. vol. 3. decidit, quòd si emphyteuta donauit suum vtile dominium, & donatarius promisit dare centum, qui demum vendendo directus dominus præfertur, quia non potest dici vera donatio, sed magis fiebat in fraudem, & per consequens sine assensu non potuit, ibi, si aliquis tenet frumentum, vide multa quæ ad hoc propositum cumulat Ias. in l. si quis nec causam, ff. si cert. petatur. ibi, & sic fuit lata Regia sententia, vide Mats. sing. 105. ibi, & ego putaui de mentione pretij, per d. gl. in l. fi. C. de prædi. curi. lib. 10. mentionatam in fine decis. nostræ, vide Dec. cons. 160. qui tenet, quòd licèt sit actum inter partes, quòd sit permutatio, vt quando detur vna res pro alia, tamen si res vnius partis fuit data æstimata, non erit permutatio, sed venditio, quod pulchrum est, vide etiam Bald. relatum per Socin. cons. 4. in nouis, col. 2. ibi, nec est in consideratione, quòd contrahentes non possint veritatem mutare, vide in decis. 80. in fi. ibi, non est iurandum, & hanc partem videtur tenere Iacob. in alio casu in tracta. Roidis, col. 12. circa finem, de clerico an faciat cessare ius congrui, vide Neapod. in consuetud. incip. Si Ecclesia emat in titulo de iure congrui, in verbo, sed quid de clericis, per tex. in cap. signific. 11. q. 1. & tanto magis quia in constitut. sancimus solui exceptitur ecclesia, & idem tenet Afflic. in d. const. sancimus, in princ. in 3. not. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 72.

Ibi, tertio adducitur, ex breuitate temporis præsumitur fraus. vide Iacobi. l. emptorem, num. 3. de probat. vbi decidit pulchram quæst. per hanc regulam. Barbat. plenè cons. 72. col. 3. num. 11. vol. 4. Hippol. singul. 480. vbi ponit limitationem. & vide Roman. cons. 367. circa fin. vbi ponit an præsumatur donatio simulata quando fit inter personas coniunctas. Et an fraus præsumatur inter consanguineos contrahentes, Abb. cons. 115. vol. 2. & qualibet fraus præsumitur ex alienatione omnium bonorum. Alex. cons. 108. vol. 4. nu. 4. ex breuitate temporis præsumitur fraus, vide Hippol. plura ponentem in l. statuliber, col. 2. num. 81. ff. de quæst. & Iacobi. in l. nullus idoneus, num. 7. ff. de testi. & Ias. in l. si ob turpem, num. 8. ff. de cond. ob turp. causam, Barb. plenè in cap. illo vos, col. 2. in fi. extra, de pig. Aret. in §. in fraudem, col. 1. Instit. ex quib. caus. vi. de omnino Roman. consi. 246. & Deci. consil. 243. num. 7. & Paul. de Cast. cons. 337. primo quæritur, col. 3. vol. 1. & Alubar. in tract. de numer. in ver. animodo et petit quærere. char. 14. col. 1. & Hippol. in reper. rubr. de fideicomm. char. 7. col. 2. & Alexand. cons. 96. num. 5. vol. 7. & Corn. cons. 29. in litera E. vol. 3. vbi pulchrè col. pen. & Corset. in suis singul. in ver. præsumptio. Et nota quod fraus non præsumitur nisi probetur, l quoties, §. qui dolo, ff. de probat. Barbat. in c. cum tibi, in pen. not. de testam. Sic etiam contractus in dubio non præsumitur vsurarius. Dec. cons. 308. num. 7. & quomodo probetur fraus, Dec. cons. 235. num. 2. & Barb. cons. 60. nu. 1. vol. 4. & dolus præsumitur in arduis, Barb. cons. 29. nume. 17. vol. 1. & dolus probatur ex coniecturis, Barb. cons. 11. num. 21. & cons. 45. num. 12. vol. 1. & Corn. cons. 137. vol. 3. col. 1. in fine. Contractus emphyteuticus an requirat scripturā, Bal. cons. 200. Corn. cons. 187. in litera N. vol. 1. & vide Bal. cons. 100. vol. 3. col. 2. in antiquis. vbi ponit simulationem, aliàs vol. 1. consi. 116. ibi vnde fuit conclusum. vide Socin. consi. 169. uol. 2. in litera E. uide Alexan. consil. 58. uol. 4. ubi ponit contractus, qui non possunt probari per testes, Guid. Pap. cons. 18. uol. 2. col. 6. *Prosper Caravita.*

In Decis. 72.

In decis. 72. nu. 4. ibi, Quia illi testes sunt singulares. Adde Lanfranc. in repetit. cap. quoniam contra, in uerbo, testium depositio, col. 5. uers. & generaliter ut scias: & ad materiam testium singularium adde Iason. l. admonendi, col. 104. ff. de iureiuran. Alexand. in l. inter pares, col. penult. in fine, ff. de re iudic. Iosnn. Crot. in tractatu suo de testib. septima par. col. 24. & 25. uers. decimotertio, Fel. in cap. licèt ex quadam, 2. col. in fi. uers. ultimo sciendum est, de testib. Hippo. sing. 114. incip. Vulgatum, & tritum, & quod pulchrè dixit Dec. de singularitate testium, cons. 310. col. fin. in fine.

In eadem decis. nu. 8. ibi, Quod si statutum dicit. Adde D. Ioan. Franc. de S. Nazario, in suo eleganti tract. de peste, fol. 97. in q. incip. vndecimo quæro, uers. sed quid si à principio.

In eadem decis. num. 9. ibi, Quia licèt contrahentes. Adde Dominum Philip. Dec. consi. 160. incip. In causa, col. 1. uers. ad iudicandum enim qualitatem. *M. Ant. Puluer.*

In Decis. 73. ibi, Bald. in d. l. cum plures.



Adde quòd contrarium uidetur Bald. in l. fin. 3. col. ff. de ferijs, dicens, quod si iudex præfigit terminū peremptorium ad probandum, quod eo finito admittitur incontinenti ad probationem, quem refert, & ibi multa cumulat Ias. in l. non solū. §. morte, col. 7. ff. de

ff.de noui oper. nunc. & in l.admonendi, char.21. col.4.ibi, item per decis. vide Soc. cons.19. in nouis, vbi dicit quod seruans tempus dicitur seruare formam, & per hoc sit ipsius pro forma adduco quod etiam per pactum vel statutum, l.fin. C.de fideius.& not. Bart.in l.si. C.de pactis, sed vbi tempus requiritur à lege, vel statuto censetur formaliter, ergo &c. Bald.in Auth. quæ supplicatio, C.de precibus Imp. offe. per illum text. & cui incumbat probatio istius temporis, vide omnino Iason.in Rubr. C. qui admitti. secunda & tertia col. vide Cep. in tract. de seruit. sub titulo de serui. rustic. prædio. chat.9. col.5.& vide quæ sit forma in decis.378. *Ioan. Angelus Pisanellus.*

Decisio 73.

LICET labitur tertius, reo elapso, si infra modicum tempus obtinetur quod promissum est in tertio dicitur satisfecisse conditioni.

Vbi aliquod promissum est per contrahentes respicienda qualitas, & bonitas rei, & non seruatur promissum.

Omne tempus computatur, de momento in momentum. *Prosper Carauita.*

In Decis. 73.

IN decis.73.num.8.ibi, Et ideo tempus compromissi &c. Adde Lanfranc. in tract. suo de arbit. 19. quæst.chat.7. *Mar. Ant. Pulner.*

In Decis. 74. ibi, Fuit decisum.



VIDE Soc.266.col.2. cum seq. in prim. adde, quod huic decis. contrariatur in l.si post diuortium, vbi Bald. expresse, ff.sol.matrim. vbi si aliquis conuentus ex forma statuti habet quod etiam potest petere compromissum, vt est inter consanguineos, quod hoc habeatur contra cessionarium, & sic illa exceptio competens contra principalem, competit etiam contra cessionarium, sequitur Dec. consil.59. in fine, an cessionarius possit petere executionem instrumenti, vide Claudium in l.postulante, ff.ad Treb. & an exceptio quæ obstat cedendo obstet cessionario, scilicet compensationis, firmat Alex. cons.14. in fi. vol.2.& an sententia lata contra cedentem noceat cessionario, Decius cons. 102. vbi multa ad materiam, & an sicut ad instantiam creditoris potest capi debitor, ita etiam ad instantiam cessionari, Alex.in l.si sic, ff.de leg. 1. Marf.sing.26. ibi, vnde si cum cedente, Bart.in l.stipendia, sequitur Aretin. cons.16. col.fin. vide Rom.cons.87. & 81. vers. tertio idem principaliter, vide Alex. in l.si cum dotem, §.si pater, ff.solu. matrim. Andr.in constit. Regni, si statuimus, vbi quærit an priuilegiata persona si vtatur iure cesso, habeat priuilegium, ibi, etiam de cessione ex causa lucratiua & onerosa, vide Bal. in dispu.sua, vide Viperianum in repeti.l.1.§.& parui, ff.quod vi aut clam, ibi, virtute priuilegij, adde quod istud priuilegium non extenditur ad homines casalis Neapolis, quamuis casalia sint pars ciuitatis, Ang.in Auth.quibus modis nat.eff.sui, §.si quis igitur, quod nota. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 74.

ADDE Bald.cons.362.vol.5.primo videndum, in nouis, Iacobi. in l.domina, C.ne liceat potent.& vide singulariter dictum Baldi, quod refert Iacobi, in l.ad optimum, §.patronum, in fine, ff.de in ius vocan. *Prosper Carauita.*

In Decis. 74.

IN decis.74. in princip. Adde quod dicit Rom. quod exceptio declinatoria competens principali non competit eius cessionario, vt patet in singular. suis, sing.627. & vide infra decis.206. in 1.dubio, & adde dominum Philipp. Dec.cons.59. incip. licet in casu proposito, in vlt. colum.& quod singulariter not. Iacobi. in l.etiam matris, in fine, num.3. ff.de probat. vbi dixit, quod si ego mutuaui Titio centum in præsentia duorum filiorum meorum, ego videns me non posse probare mutuum per filios meos, cessi actiones meas Caio aduersus illum debitorem meum: Caius agit nomine suo, vtrum poterit probare intentionem suam per filios meos à vide ibi eum omnino. *Marc. Ant. Pulu.*

In Decisione 75.



MATER secundo nubens in bonis mariti quo ad vsumfructum filio succedit quo uero ad alia bona in totum licet tutores non petierit; dum modo alij superfint tutores, vide pulchram quæstionem per Crotum in l. si frater à fratre, quæ est 17. de cõd.indeb. qui loquitur in casu cõtrario quando pater transit ad secunda vota. ibi, matet replicas, quod non, vide Bald.cons.381. incip. Confessio. volum.5. in nouis. ibi, nec obstat, vide Alexan. cons.66. col.2. vol.5. vbi tenet vxorem cui per virum fuit legatum transeuntem ad secunda vota perdere legatum quo ad proprietatem, vide omnino Pau. de Cas. cons. 384. incip. Post positis authoritatibus, uide in decis. 190. cum seq. uide Boer. decis. 182. 185. 186. ibi, Bald.in l. 2. §. patronum, ff. de in ius uoc. quem sequitur ibi Alexand. tenet, quod si mater per transitum ad secunda vota excluderetur, non utique excluderetur filius natus ex secundo uiro, de quo dubito, quia aut filius est mihi vnicus aut plures, si vnicus, & tunc non est tractandum de exclusione matris, quia dimittitur pleno iure, ut est text. in l.feminæ, C.de secund. nupt. si. §.& Auth. ex testamẽto, loquitur quando erant plures filij, & tunc fratres ex primo matrimonio non admittuntur. quia prima causa est fructum utriusque coniunctorum, vt in Auth. cessante, C.de leg. hæredi, & tanto magis quia filius ex secundo matrimonio fuit natus post delictum matris, idest post contractas secundas nuptias, per glos. in l.emancipatum, § fi.ff.de sen. uide Decium cons. 87. ubi de patre, & matre transeuntibus ad secunda uota qualiter lucrum secundum dispositionem l.feminæ defertur, uide omnino, quia multa pulchra dicit, & uide Socin. cons.114. uers. tertium, uol.4. ibi, an autem pœnæ. Pœnæ secundo nubentium non sunt sublatæ, Curtius consil. 275. seu 27. plenè probat. de Detnsio cons.7. in primo dubio, & per Decium cons.87. seu 82. & Soc. cons. 56. ibi, an perdat legatum,

tum, uide Cottam in dictione nuptiarum. *Ioan. Angel. Pisanellus.*

Decisio 75.

Ibi, Replicat mater, Bald. consi. 403. uol. 4. & cons. 249. ista quæstio est dubia, uol. 1. & cons. 240. Ad euid. lib. 1. Paul. de Cast. cons. 154. uolum. 2. & Socin. cons. 39. uol. 1. col. 6. ibi, an autem hodie pœnæ secundo nubenti sint sublatæ, Paulus de Castro cons. 366. 1. uolum. Bertran. cons. 110. uol. 2. Dec. in Rubr. de secund. nupt. col. 3. Crauetta consil. 37. & Suc. cons. 34. dicentes dictum in matre procedere in patre. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 75. ad finem.

Vide Alexan. cons. 63. uol. 5. & cons. 3. uol. 7. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 75.

In decis. 75. in princ. ibi, Ad excludendam matrem. Adde Bart. in l. fine ingenua, §. confestim, uersic. quæro, infra quantum tempus, ff. ad Tertullia. quem uide.

In eadem decis. num. 2. ibi, Replicat mater. Adde, uide omnino Dec. cons. 246. incip. Requisitus, col. ult. in fine. Et an auus maternus præferatur patruo in tutela, uide Dec. cons. 188. in princ.

In eadem decis. num. 5. ibi, An autem hodie pœnæ. Adde hanc conclus. limita, vt singulariter per Dec. consil. 206. 2. colum. in fine, vers. & pro fundamento præsupponendum, & consil. 130. incip. Proponere, 1. col. vbi dicis vnum, quod est perpetuo memoriæ commendandum, an dispositio l. fœminæ, §. illud, C. de secund. nupt. habeat locum etiam in patre. *Mar. Anton. Pulucrinus.*

In Decis. 76. in princ.


AERES in feudo tenetur dotare filiam testantis saltem quo ad legitimam, vide decis. 162. vide quæ scripsi in Auth. nouissima, C. de inoffic. testamento. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 76.

Ibi, tamen feudum, vide Bolog. cons. 59. & infra decis. 162. aduerte tamen quod Andr. de Isern. in constit. in aliquibus, in quæst. incipiente, Quid si dixat, volo dare verbo tenet, quod in subsidium possit fieri exequutio pro paragio in feudo, in quo est onus feudi, & feudum potest vendi cum assensu Regio, & tenetur Rex assentiri. *Prosper Carauita.*

In Decis. 76.

In decis. 76. in princ. ibi, Competit legitima. & adde eundem in const. Regni, In aliquibus, 10. col. vers. sexto quæritur, vbi latè per eum. *Marc. Antonius Pulucrinus.*

In Decis. 77.

PROCESSUS factus tempore inuasionis Regni valet; quamuis sub tyranno factus sit narrans spolium, & si tempore fuerit sustinetur libellus, vide supra decis. 20. ibi, nominatus: adde quod nec nomé eorum est in instrumento ponendum, Lucas in l. in sacris, col. 2. C. de sacrosanc. lib. 12. ibi, nam tyrannus dicitur ille qui de facto occupat Regnú sine authoritate Papę, quis dicat tyrannus, vide Ias. in cons. 72. col. 1. vol. 1. & vide in Reg. meis, ibi, non debent valere, uide de gestis tempore tyranni per Rutinum cons. 48. col. 4. vol. 4. ibi, ratione territorij Barones habent iurisdictionem; adde quod hoc tenet Alex. cons. 1. col. 6. vol. 6. ibi, quia facta à tyrannis, vide sacrum Consilium in sententijs probatis tépore tyrannidis, & tempore Regis Caroli Octaui, de quo in ista decis. fuit latum decretum sub his verbis. Die primo mensis Septembris 1496. in causa appellationis magistri Antonij de Acuno de Capua appellantis cú Isabella Colelle Casettę appellata super petita reuocatione, et annullatione decretorum exequutorum tempore Regis Franciæ super infractatione cuiusdá domus, & alijs, vt in actis continetur referente domino Ioan. Baptista Brancatio Regio Commissario recognitis actis, & decresis communi voto decretum est per Sacrum Consilium, quod processus, decreta, & executio inde secuta tempore Regis Franciæ publici huius Regni inuasoris, reuocentur & annullentur, prout per præsens decretum reuocantur, & annullantur, & dictus magister Antonius reponatur in possessionem domus prout erat ante confectionem processus, & interpositioné dictorum decretorum saluo iure ex integro agendi dictæ Isabellæ, si quid habet super dictis bonis hoc scimus ex præsentib. infrascriptis commissarijs, excepto Mariconda, qui non venit isto mane, videlicet magnifico Antunio de Alex. viceprothon. domino Antonio de Gennario, domino Camillo de Scotriatis, domino Matthęo de Afflictis, domino Antonio de Capellis, domino Ioan. Baptista Brancatio relatore, domino Francisco de Marcio de vrbe, & domino Marcello Gattella, V. I. D. Regijs Consiliarijs. ibi, immo dicendum est, adde quod si quis fuit electus per vim, & metú pro Rege vt gesserit se pro Rege, non tamen metus est notorius, vel vis quod tunc habétur pro Rege, ita quod gesta per eum ualida sint. Alex. cons. 138. col. 5. vol. 1. & consil. 516. vol. 3. ibi, Matthęus de Afflicto, adde Dec. cons. 136. in princip. ibi, & postea concluditur, adde quod possessorium non arguitur ex narratione proprietatis, de quo multa per Dec. cós. 28. licèt hic sit facta conclusio in proprietate, & sola conclusio attenditur, & tota vis in conclusione consistit, l. si voluntas, vbi Bal. C. de rescin. vendit. sed quid si narratur proprietas, & cóncluditur ad restituendam possessionem, vide Dec. cons. 57. in princ. per Cęp. consil. 31. col. 1. cum seq. in ciuilibus, circa finem, vide Fede. de Senis cons. 273. Soc. cons. 90. 1. col. in nouis, Alexand. cons. 92. col. 2. vol. 5. ibi, ad restitutionem fructuum, vide Abb. in cap. accedens, il secundo, vltimo not. extra vt lite non contest. et Iacob. Franc. in tertio not. de ordine cognit. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 77.

Ibi, Item in hacmet causa, vide supra decis. 7. an in possessorio recuperandæ possit facere reus except. cócernentes causam petitorij. An expediet causam possessorij; vide infra decis. 116. col. 2. & Dec. cons. 84. col. 3. Paul. de Cast. cons. 85. vbi si dubitatur an sit intentatum petitorium, vel possessorium, attenditur narratio, non conclusio libelli, vol. 2. &

Corn.conſ.8.in fi.lib.1. & conſi. 91.vol.4. & Anto. Capic.in cap.quoniam frequenter, §. fin.vt lite non contest. & ibi Barbat.multa allegat. Socin. conſ.90. col.1.vol.3.& Corn.conſ.237.vol.3. per totum. Socin.conſ.262.vol.2. Dec.conſ.62.col.2.& conſ. 57. in quo pulchrè tractat hanc materiam. & ibi in secunda col. quomodo probetur poſſeſſio, & conſil. 136.& in hoc Dec.conſ.136.col.1.in fi. & Soc.omnino conſil. 262.col.2. in interdicto recuperandæ, quod debeat probare actor. vide infra deciſ.329.& Petr. de Rauen. in ſuo clipeo contra canon. Corn. conſ.172.in litera F.vol.3.ibi,tamē Dominus idem econtra, licèt in libello petatur reſtitutio rei, tamen ſententia valet, vt per Soc.in l.rem quę nobis,col.2. in medio, ff.de acquir.poſſeſ. & Feder.de Sen.conſi. 283.conſilium latum. & vide Niconit.in repet.cap. quoniam contra.fol.129.num.4. cum ſeq.in fine,de probat. ibi,ideo,vide Grammar.deciſ.13.vbi meminit de iſto dicto authoris.

Odio alterius quis non debet grauari.

Quid ſi in libello varietur ſpolium, & concludit reſtitutionem terræ,an valeat libellus. *Proſp.Carau.*

Super Deciſ.77. num.8. verſic. Item fuit etiam dubitatum.

VIDA deciſ.7. vbi an in poſſeſſorio recuperandæ reus poſſit habere exceptiones concernentes caſum petitorij. & an exceptio dominij quæ in promptu conſtat impediat reſtitutionem poſſeſſionis, infra deciſ.116.num.2.& Dec.conſ.84.col.3.& Paul. conſ.85.vbi ſi dubitatur an petitorium vel poſſeſſorium fuerit intentatum non attenditur concluſio libelli,quod vide,quia ſingulare eſt.& Dec.conſi.62. & de materia huius quæſtionis, vide Soc.conſ.262. Dec.conſi.62.col.2.& conſi. 57.vbi habes hanc materiam pulchrè in col. 2. quomodo probatur poſſeſſio, & Deci.conſi.130. vbi in poſſeſſorio non eſt opus allegare cauſam, col. 1. in fine. Soc.conſ.262. in interdi. recuperādæ quid debet probare actor, vide in deciſ.327. Corn.conſ.172. In verſ.item in hac, vide Capic. deciſ. 1. num. 23. vbi habes ampliatio. & vide Mat. in lib.3. feud. fol.188. col. 4. num.16. *Hieron. de Martino.*

In Deciſio.77.

IN deciſ.77.in prin. Adde eundem Matth.ſupra in deciſ.70.incip. Dicitur quòd proceſſus eſt nullus.

In eadem deciſ.num.2. ibi, Nam tyrannus. Adde Bald. in l.decernimus, 3.not. C.de ſacroſan. eccleſ. & gloſ. in Clem.1. in ver. Regum, circa fin. de baptiſmo,quam vide omnino. vide Decium conſ.191. 3.col. verſ.quia facta tempore.

In ead.deciſ. num. 6. ibi, Item in hac met cauſa. Adde Dominum Iaſ.in l. naturaliter, §. nihil commune,vlt.col. verſ.item iſta concluſio libelli, quem vide omnino, & omnino Dec.conſi.62.in cauſa, & conſ.28.3.col.in fi.& conſ.57. & Iaſ.l.1.3.col.in fi. ff.de eden. & eūdem in §.omnium, 19.col.de actio, & vide Dec.conſ.162.1.col.in fi.& conſ.136.1.col. & conſi.152.1.col.in fine. Et ad hæc,quæ hic dicuntur, faciunt, quæ dixit Dec.conſ.302.col.pen.verſi. venio,& adde Lanfran.in repet.rubr.de cauſa poſſ. & propriet. 2. col. verſ. poſſeſſorium enim dicitur. *M.Ant.Puluer.*

In Deciſione 78.



CAVSA appellationis in Sacro Conſilio non excluditur per lapſum fatalium proteſtatio ex cauſa probabili,maximè ſi in iudicio non tollit per actū contrarium, vide in deciſ.283.ibi,tertia nūquid pacto partium poſſit prorogari tempore proſequendi appellationem, Bald.in l.fin.C.de temp.appel.tenet quòd ſic,ſequitur Corſ.in ſuis ſingularib. in verbo,appellatio,in prima charta. Nota vnum ſingulariſſimum, quòd ſententia in feudalibus nūquam tranſit in rem iudicatam, ita Caroſaceus in repet. l. admonendi, verſ. articulus eſt, ff.de iureiur. ibi, in criminalibus non poteſt, quòd plus operetur tacita renunciatio, vide Iaſ. in l.1.col.3. C.qui admitti. ibi, facta ſolutione,vide Crotum in cap.1.2.not. extra,de conſtit. ibi,non currunt tempora inſtantia, verum curret impedito facto iudicis, ponit Curtius conſi. 24. col.4. vide quæ poſuit Alexan. conſi.42.vol.3. ibi,vt dicit Abbas. vide quæ pulchrè poſuit Socin. conſil. 27. col.fin. in nouis. ibi,item quia diuiſio, vide Imolam conſi.147.col.7. verſ.nec his obſtat. ibi, etiam ſtylo Sacri Conſilij, vſque ad finem, ita Sacrum Conſilium decreuit me aduocante pro Magnifico Sammudio contra Magnificum Io. Bernardinum Carbonum die 10. Nouembris 1537. relatore D.Ioan. Thoma de Minadois, actorum magiſtro Antonio Mancuſo, & fuerunt inſimul Rotæ, & propriè in cauſa Pyrrhi Campanilis cum Franciſco Moles fuit deciſum olim; hodie tamen per Sacrum Conſilium fuit factum decretum, quòd currunt tempora ſicut in appellatione, & ſic ceſſat hæc deciſio, & eſt decretum de menſe Auguſti 1539. ibi, & ideo fuit viſum, vide Capic. deciſ.109. ſed ſi modicè eſſet elapſum reuidetur, vt in ſeq. deciſ. *Ioan.Ang.Piſan.*

Deciſio 78.

ELAPSIS fatalibus, dicitur ſententiam tranſactam eſſe in rem iudicatam, & habetur ac ſi non eſſet reclamatum & appellatum.

Licèt fiat actus contrarius proteſtationi, non videtur receſſum à proteſtatione. Tu autem vide Grammat.deciſio.13.in fi. vbi dicit fuiſſe latum decretum in Sacro Conſilio.contra iſtam deciſionem, videlicet, quod fatalia currant,& in cauſa reclamationis Sacri Conſ. licèt Petr.Rebuff.in tract.ſupplicat. vol.1. in præfat.q.9.num.57. verſ.ſi tamen, ſequatur Afflictus, nulla facta mentione Grammat. *Proſper Carauita.*

In Deciſ.78.

IN deciſ.78.nu.2.ibi, Item quia eſt Regia Pragmatica. Adde, quæ incip. appellationum tempora, char.254.

In ead.deciſ. in fi.ibi, Et etiam ſtylo Sacri Conſ. Adde D.Thom.Grammat. in deciſ.ſuis, deci.nu.13. incip. Lata ſententia, vbi dicit,quòd hodiè Pragmatica Regis Ferdinandi primi, quæ mandat appellationum tempora ſeruari etiam in Sac. Conſ.obſeruatur, etiam in cauſis reclamationum à ſententijs eiuſdem Sac.Conſ. & hoc decreto Illuſtriſſimi Domini Proregis: & vide eundem Matth. infra in ſeq.

proxima

proxima decis. vbi refert alium stylum Sacri Cons. adde infra in decis. 135. & in decis. 154. & 358. in fine, & decis. 243. & 283. vers. quarta nullitas, vbi fit mentio de alio stylo Sacri Cons. *Marc. Anton. Pulverinus.*

In Decis. 79.

ADDE similem decis. Afflict. 243. in fine, reuisio interlocutoriæ potest fieri ex ijsdem actis stylo antiquo statutū est, ibi, de efficacia styli, vide de stylo sacri canon. decis. cons. 699. col. 1. stylus antiquus, vide de stylo antiquo in decis. 391. & Marsil. sing. 118. Iser. in constit. lite legitime, lib. 2. col. 1. dicit, quod stylus iurisdictionis pro iure potest allegari, vide infra in decis. 135. & 353. *Ioan. Ang. Pisanellus.*

Decisio 79.

APPELLATIO dicitur deserta, si non præsentatur processus infra quinquaginta dies.

Interlocutoria de sui natura semper reuidetur ex eisdem actis.

Infra decis. 243.

Ibi, reuidetur interlocutoria ex eisdem actis, vide Matant. in pract. parte vltima, num. 10. vbi idem. *Prosp. Carauita.*

In Decis. 79.

IN decis. 79. in prin. ibi, Quod appellatio est deserta. Adde eundem Matth. infra decis. 243. sed quid si est dubium verum appellatio sit deserta, quę erunt partes iudicis, vide Dec. cons. 356.

In eadem decis. num. 2. ibi, Per iuramentum partis probari. Adde eundem, supra in decis. nu. 50.

In eadem decis. num. 3. ibi, Quod stylus in Sac. Cons. est, vide eundem infra in decis. 243. in fine, supra decis. proximā præcedenti, in fine, & infra decis. 358. in fine.

In eadem decis. num. 5. ibi, Quod longæuus vsus causarum. Adde Lanfranc. in repet. l. admonendi, 2. col. in princip. vers. vlterius nota, & vide eundem de alio stylo Cons. infra decis. 135. ver. dicebant alij, & infra 154. *Marc. Ant. Pulver.*

In Decis. 80. in princ.

EMPHYTEUSIS incidit in commissum ob non solutionem quantitatis, vt hic, & iuramentum potest per partem remitti volente iudice, & excludit allegationem erroris. ibi, quia pars potest iuramētum quæ continet, vide hic & Soc. cons. 20. col. 6. in fi. in nonis, tenet q si mulier fuerit læsa immodicè, eo quia dicitur dolo circumuenta, l. qui superstite, C. de dolo, quia tunc nec iuramentum nocet mulieri, eo quia non continet ista tria mentionata in hoc ver. scilicet veritatem, iustitiā, & iudicium. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 80.

IRT, & licèt ibi esset iuratum, quod non obstante iuramento decisio erronea rescindatur, multum pulchrè Dec. 488. nu. 7. & cons. 351. in fine, & Cap. decis. 159. in fine, & infra decis. 402. ver. nemo ad secundum, vbi omnino vide, & supra decis. 58. in princ. ibi, nec est in consideratione, Barbat. cons. 37. uol. 2. in fine.

In re ecclesiastica infra biennium infra triennium in re priuata.

Res emphyteutica non incidit in commissum pro pter redditum non solum, non enim est honestum, vt pro non soluendo vnum annum pro redditu amittere rem, quæ valet centum ducatis. *Prosp. Carau.*

In Decis. 81. in princ.

CREDENS hæreditatem quicquid ad eum antea peruenit restituere tenetur, vide omnino Alex. cons. 49. vol. 3. vide omnino Corn. cons. 14. per totum, vol. 3. ibi, ff. de hæred. vel acti. vendita, adde quod ratio istius l. est, quia pretium in vniuersalibus succedit loco rei, vt dixit text. in §. illud, ita Dec. cons. 69. in fine, vbi multa ponit an debeat inspici tempus contractus, an in legato facto de iuribus competentibus in hæreditate filij veniat pecunia exacta à testatore à debitore hæreditario, vide omnino pulchrè Aretin. cons. 46. & notanda in ista materia. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 81.

HAERES testamentaria ex causa transactionis cessit hæreditatem. *Prosper Carauita.*

In Decis. 82.

DOMINUS quando teneatur ex delicto familiæ & quādo aliter, vide plenè per Felin. in c. Petrus, de homicidio, requiritur quod dominus potuerit prohibere, Bald. in l. ad inuidiam, C. quod metus causa. factum est, Afflict. in constit. si quis aliquem, col. 6. vide ad quid teneatur dominus nauis per Boerium in prima parte decis. 59. *Ioan. Ang. Pisanellus.*

Decisio 82.

DE delicto facto a familia qualiter, & quando dominus teneatur, in cap. Petrum, de homicid. delictum commissum per famulum, vel amicum non præsumitur mandatū a domino, Bart. in l. 1. §. familiæ, ff. de publican. Bald. cons. 98. Bertonus. vol. 1. co lum. fina. & Hippo. cons. 3. nume. 19. tenet contrarium, & illud consilium Baldi est num. 382. vol. 5. in littera G. Barb. plenè in cap. ad hoc, num. 102. vt lite non contest. ibi, an delictum a famulo si præsumitur a domino mandatum, & in cap. cunctando, nume. 124. de consuetu. pulchrè Ioannes de Anan. cons. 59. col. 3. in princ. Bertrand. cons. 22. vol. 1. nume. 6. vbi pulchrè. Franc. de Curt. cons. 41. & Roman. cons. 119. et uide omnino Barb. cōs. 117. col. 4. vol. 3. vbi pulchrè, & in his duobus consilijs Rom. & Barba. reperies, si possum prohibere, & non prohibeo si teneor, de quo in regula, culpa caret, ff. de re iud. & Angel. in §. iuris præcepta, Instit. de iustit. & & iur. Bald. cons. 385. casus talis est, vol. 1. vbi an rector ciuitatis teneatur pro familia sua, & in quibus

In hac decis. nota quod territorium est quid vniuersale, Bald. in l. 1. §. intra vrbem, ff. de offic. præfec. vrb. & alibi. & ideo concesso territorio, & sic vniuersitatis omnia etiā incorporalia veniunt, l. Princeps, ff. de verbo. sign. Castro concesso an veniat territorium, & proprietas, Ias. consi. 102. & an concesso castro veniat merum imperium, Ias. consi. 45. & concesso castro cum territorio, intelligitur concessa iurisdictio ciuilis, Matt. cap. 1. §. iudices, nu. 7. fol. 142. de poc. iu. feu. & an vendens vel dans ciuitatem in dotem dicitur etiam dedisse territorium, Bal. conf. 357. & an concesso castro veniat iurisdictio, Bald. consi. 327. Paul. consi. 187. & 406. num. 6. & pone, quod Rex concedet castrum cum iuribus & pertinentijs suis, an videatur merum & mixtum imperium concessum; vide Ioan. Andr. in Spec. in titu. de iurisdict. omnium iudic. in additio. quæ incip. Vidisti duras opinio. & Innoc. in cap. ex literis, de iure patr. Bald. in l. 1. §. intra vrbem, & Ludo. Rom. in l. 3. ff. de acquir. poss. in princ. & an concesso castro cum territorio, videtur concessa iurisdictio, vide Bart. in l. 1. in fine, ff. de iurisdic. omnium iudic. & Bart. in l. inter eos, ff. de acquir. rerū dom. & in l. si aliena, ff. de vsu. & Bald. in l. fin. ff. de constit. princ. vbi concesso castro videtur concessa iurisdictio tam in mari, quàm in terra, not. Barto. in l. 2. de bon. vac. lib. 10. sed aduerte, quòd in Regno hodie verū imperium non venit in concessione castri nisi specialiter concedatur à Principe, vt dicit Andr. in cap. primo, si quis alium, de pace ten. & expresè patet in constit. Reg. ea quæ ad decus, & est de regalibus, vt in c. 1. quę sint regalia, & sic non est de accessorijs ad feud. & per

& per consequens non venit in concessionem feud. habentis territorium cum vasallis. & ad hanc decisionem vide Lucam de Pen. in l. 1. de priuile. schol. lib. 12. col. 8. & Guliel. Benedic. repet. c. Raynutius, in glos. vxor nomine. & adde, quod in generali concessione feud. non veniunt omnibus concessa, vide aliam decis. infra 334. *Hieron. de Mart.*

In Decisio. 122.

In decisione 122. in prin. & adde an in concessione feudi veniant terræ & possessiones sitæ in dicto feudo quæ per prius fuerunt alteri concessæ, & alienatæ, vide in decis. 334. & 361. col. 4. versic. in contrarium, *Mar. Ant. Pulue.*

In Decis. 123.

Promissio facta medico obligat eius hæredes, & qui habet salarium à publico nil recipere debet ab infirmo, & qui dat mala medicamenta perdit salarium conuentum, *Ioan. Ang. Pisanellus.*

Decisio 123.

Promissio facta medico per infirmũ obligat hæredes, *Prosper Carauita.*

In Decis. 123.

In princ. vide omnino D. Ioann. Franc. de S. Nazar. in tract. suo eleganti, de peste, fol. 134. in quæstio ne incip. Quinto quæro, in fine, vbi tenet expresse quod ista promissio non tenet, & adde eundẽ Matt. in const. aduocatos, 5. col. in princ. vers. an autem, & in const. quia nunquam, col. penult. versic. septimo, *Marc. Anton. Pulu.*

In Decis. 124.

Terminus datur secundum distantiã loci, quia arbitrarium ideo primũ beneficium non semper est arbitrarium secundum medietatem primi termini, nã interdum aliquorum locorum vicinitas minus exigit aliquorum locorum distantia prolixius exposcit, capitulo cupientes, in princ. de elect. in 6. maior enim terminus requiritur in via terrestri quàm in maritima, quia quadraginta milliaria in mari sunt minus vna dieta, vt not. Barb. in tract. de insula, ver, nullus, in princ. in terra autẽ singulariter viginti millia faciunt dietam vnam, l. 1. ff. si quis caut. Dec. in cap. cum sit Romana, extra de appel. col. 3. in fine ibi, tandem, vide Andr. in repetto, in verbo termini, *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 124.

Terminus debet esse secundum distantiam loci. *Prosper Carauita.*

In Decis. 124.

In fine. ibi, Fuit tandem. Primum beneficium an sit medietas primi termini, vide ritum M. C. V. incip. Item, quod in causis, char. 381. *Marc. Anton. Puluerinus.*

In Decis. 125.

Turpi persona instituta debetur quarta fratri sine opere, quia quo ad legitimam dicitur ruptum testamentum, vide in decis. 204. ibi, secundum Paul. de Castro, secundum opinionem, quod in totum rescindatur tenuit Paul. de Cast. cons. 61. incip. Ad primum. sequitur Bologn. cons. 15. in fine. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 125.

Legitima dicitur quarta pars bonorum. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 125.

De materia huius decisionis vide omnino Iacobi. in l. 1. ff. de inoffi. testam. num. 9. vbi multa singularia ad materiam, vbi requirantur an frater possit querelare testamentum fratris, vide Martinum de Laud. in sua eleganti disput. incip. Augerius. vbi dicit aliqua ad limitationem huius decis. Deci. cons. 53. num. 14. plenè Gozad. consi. 85. & Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras, extra de dona. inter vir. & vxo, §. 10. col. 3. fol. 76. vbi multa contra spurios. Guliel, Benedic. in repet. cap. Raynutius, fol. 6. col. 3. nu. 23. de testam. & num. 28. vbi de fratre, qui instituit spurium fratre præterito, & vide dictum Bald. in l. improbum, circa principium, C. de infam. vbi tenet, quod nullus fœnerator habet querelam inofficiosi testamenti contra testamentum patris persona turpi instituta: ratio est, quia cum ipse etiam sit turpis persona ratione infamiæ; idem nil Iudæus Iudæo, quod sequitur Ias. in l. ... in fi, C. de inoff. testam. adde tex. in c. frustra, extra de vsuris. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 125.

In decis. 125. in princ. Adde, sed quid si in testamento esset relictum minus legitima, an tunc pateat testamentum in totum, vel aget ad supplementum? vide infra in decis. 204. Sed pulchrum est scire quan tum erit ista legitima fratris instituta turpi persona, vide ibidem, in 2. dubio.

In ead. decis. in fine. Adde, & sic habes hic testamentum ex postfacto pro parte rumpi, & pro parte non, vide supra decis. 69. in fine, *M. Ant. Pulu.*

In Decisio. 126.

Dicens possidere licèt mentiatur, tenetur tamen restituere. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 126.

Ibi, in contrarium, vt ergo possidens nomine alieno euitet condemnationem restitutionis possessionis, & expensarum, statim citatus debet nominare dominum, cuius nomine possidet locationis titulo, vel precario. quoniam tunc statim ipse absoluitur ab instantia iudicij, & transfunditur contra dominum, vt docet Marant. in pract. parte 7. membro 6. vbi de hac decisione post Bartolum in l. 2. C. vbi in rem actio. & Abb. in c. quoniam frequenter, col. penult. vt lite non contestata. quæ nominatio domini differt a laudatione in authorem, cum illa fiat ab eo, qui nomine proprio possidet, hæc non.

Tiraquell. in tract. cessante causa, limit. 20. nu. 4. cum seq. *Prosper Carauita.*

In De-

In Decisione 126.

In princ. vide supra in decis. 18. *Marcus Ant. Pulucrinus.*

Decisio 127.



MATRE decedente antifatum vadit ad filios primi viri & non ad proximiores mariti. ibi, nemine discrepante ad propositum, vide Neapod. in consue. si qua mulier, vers. succedant, quod si mater succedit vni ex filijs, quia ea mortua illa bona diuiduntur inter filios vtriusque matrimonij, quamuis ille qui successit erat ex primo matrimonio. *Ioan. Ang. Pisan.*

In Decis. 127.

In princ. Adde quod filij ex secundo matrimonio nihil habent in antifato lucrato per mulierem ex primo viro, sed totum accipiūt filij primi matrimonij, ita determinat Ioan. Neuiza. in sua syl. nupt. in Rubr. diuiti non est nubend. & adde eundem in decis. 3 14. vbi dixit an filius, qui successit in antifato matri, possit habere si non sit hæres patris. *Marc. Antonius Pulu.*

In Decis. 128.

POTESTAS legitimandi data per Regem non extinguitur per eius mortem. priuilegium concessum ob merita transit in contractum, ibi, cum incerto tenore, tenor insertus inducit clausulam ex certa scientia. ibi, per id quod dicit priuilegium in vim contractus, vide infra decis. 282. cum sequen. vide decis. 392. secundo dubio. ibi, quia tunc, vide quę pulchra scribit Soc. cons. 87. dubio tertio, in nouis, ibi, quia quando, vide Laude. in tract. de principe, not. 58. & Ias. in l. 1. §. item ponderata, in prin. ff. de consti. literę Regis habent vim legis, vide quæ scripsi in l. omnes populi, ff. de iust. & iure. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 128.

Ibi Ioan. And. tenet. vide Ioan. Bertach. in suo tract. Gabel. in 9. parte, col. 1. Dec. cons. 40. num. 14. & cons. 5. num. 17.

Ibi, non possit reuocare. adde Capic. decis. 121. num. 15. & 16. & decis. 166. num. 3. text. iuncta glos. in l. si pater, §. si quis, ver. irreuocabilis, ff. de donat. Roman. consil. 297. idem Afflict. in constit. instrumenti robur, 1. not. 12. quęst. ver. sed iusta, & in constit. ea quæ, Felin. in cap. 1. col. 2. extra, de probat. per gloss. in l. decet, de reg. iur. in sexto, & Innocent. in cap. quæ in ecclesiarum, extra, de constit. in quibus omnibus habes, quòd quotiescunque priuilegiū transit in vim contractus, quia data fuit pecunia, tolli non potest sine causa à Principe, idem si priuilegium esset remuneratorium propter merita, & seruitia, licèt non esset data pecunia, vt Capic. in d. decis. 121. nu. 15. & 16. & 166. nu. 3. vbi allegat Felin. in cap. nouit, col. 10. de iud. *Prosp. Caran.*

In Decis. 128.

In princ. Adde, sed quid si Rex transeat per partes extra Regnum suum, vtrum possit creare milites? vide Bart. l. 1. col. 11. versic. sed tamen, num. 8. C. de dignit. lib. 12.

In ead. decis. num. 9. ibi, sed dubitauerunt. Rex an possit reuocare priuilegiū sui prædecessoris, adde Iason. l. ex hoc iure, col. 11. ff. de iust. & iure. Dec. consi. 286. In causa, 3. col. vers. venio ad secundum dubium, vbi latissimè examinat hoc dubium. & vide Paul. Cast. in l. digna vox, C. de leg. Ias. l. si pecuniam, 6. col. vers. secundo amplia istam regulam, & adde eundem Matth. in constit. Cum concessiones, 1. col. 1. not. vbi pulchrè loquitur, & in decisio. 261. 3. col. in princ. & decis. 391. in 2. dub. & Feli. in cap. nouit, 6. col. de iudic. & in cap. 1. 1. not. de probatio. *Marcus Ant. Pulucrinus.*

In Decis. 129.



REDDITVS non probat esse rem feudalem. procurator sciēter recipiens cannonē præiudicat domino, an & quando dominus possit cōcedere res incultas & steriles sine assensu Regis. ibi, est ergo feudalis, vide in decis. 301. in princ. vide latissimè quæ posuit Claudius in sua Summula feudali, in secunda rubrica, col. 4. cum sequen. & Affli. in consti. Constitutionem diuæ, col. 10. in fine. ibi, quia reditus non est reditus, non arguit feudum. ibi, vel id quod seruitium reale vasallus præstans seruitium per triginta annos potest cogi vt vasallus in futurum, Curtius cons. 25. in princip. ibi, vbi dicit, vide ad intellectum huius decis. quæ dicit Capicius decis. 103. & 196. ibi, vt dicit Alb. de Ros. vide Dec. cons. 138. col. 3. & latius consi. 164. per totum. ibi, & notatur in cap. constitutum, vide omnino Hippo. singu. 94. ibi, ab eo cui fuit facta, vide quæ in specie per Decium cons. 97. col. 2. vide Capic. decis. 16. & Parid. de rest. in integ. c. an si tenens, char. 38. sed an procurator constitutus à prælato ad recipiendum fructus ad alienandum, & omnia alia faciendum quę ipsemet, possit renouare inuestituram, vide Dec. cōs. 432. in antiquis, incip. Factū sub hac forma, per Bald. cons. 138. in nouis, vol. 5. ibi, in l. vulgo, istum text. ad hoc allegat Alex. cons. 42. 2. col. in princ. volum. 2. ibi, & in l. 1. §. igitur, pro confirmatione quæ hic habentur adduco, nam verum est, quod si aliquis sciente domino & non contradicente præstiterit seruitiū tale, quod isti actus faciunt præsumi pręstitisse inuestituram, cap. 1. in princip. de const. recti feudi, & tamen si ista fuerunt gesta per procuratorem aut factorem, non nocet domino, ita tenet Alexand. cons. 136. col. penult. vol. 1. ibi, quod dominus feudi, idem dicit Isern. in constit. Constitutionem diuę memoriæ, In ver. minuendis, & Iacobi. in tract. feudo. ver. ita etiam, colum. 4. Lucas in l. si quis prædium, col. 5. C. de ap. & cens. lib. 11. vide eundem Afflict. in d. constit. col. 22. nec potest allegari deceptio vel deprehendi maior pensio si demum fuerunt reducti ad victuram vel meliorationem, vt per Bart. in l. 2. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. & latè Paul. de Castro cons. 388. per suprascriptum dominum allegantem, vol. 5. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio

Decisio 129.

ADDE Gram. decis. 77. ad materiã istius decis. Assensus regius non requiritur, vbi alienantur bona burgensatica, si tamen interuenit, non debet mutare naturam ipsius alienationis, quia ea quæ non sunt de substantia, si apponuntur non reddunt contractum nullum, neque eius naturam mutant, l. si ego, ff. si certum petat. & præsumitur feudalis res eo ipso, quod venditur cum consensu Regis. Andr. in cap. 1. in princ, fin. col. ex quibus causis feud. amitt. vbi ponit qualiter res præsumatur feudalis. & vide Bald. in Auth. qui rem, C. de sacrosc. eccles. Bald. in cap. 1. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder. & Ange, in l. si vacantia, in fi. 6. col. de bon. vacant. & vndecim modis præsumitur res feudalis, & non burgensatica, vt per Afflict. in c. 1. in 3. not. quæst. 9. de natu. feud. & qualiter probetur feudum, & quibus modis, Bald. consi. 352. vol. 1. incipien. Materia feudorum. & vide infra deci. 267. vbi au res existens in feudo præsumatur feudalis. & Bertran. cons. 119. vol. 1. Iason cons. 113. vol. 1. ibi, ad secundam quæstionem. vide eundem Afflictum in cap. si quis per triginta annos, 6. not. num. 19. si de feudo fuer. controu. inter dom. & agna. Curt. iun. cons. 140. quæst. 2. & cons. 158. num. 2. cum seq. ibi, ad tertiam quæst. vide Dec. cons. 329. num. 3. & cons. 187. in litera H. vol. 1. & Dec. cons. 138. Et diligenter. num. 4. vbi dicit esse communem, quod non habet locum in prælato, qui recipiendo canonem non potest præiudicare iuri quæsito ecclesiæ, &c. ibi, Item procurator. vide Iacobi. in l. conuentionem, num. 7. in 2. lectura. Adde quod procurator ad recipiendum solutionem debet facere fidem de mandato per publicum instrumentum, nec sufficit per testes. Iacobi. in l. fin. C. de senten. num. 20. neque isto casu poterit agere contra debitorem. Idem Iacobin. in l. a. num. 16. in prima lectu. ff. de iurisd. omn. iudi. ibi, ex quo sequitur, vide Capicium decis. 103. num. 4. vbi reprehendit Afflictum hic.

Adde Grammat. decis. 77. num. 1. & num. 8.

Per receptionem pensionis videtur esse remissa culpa rei, qui inciderat in cõmissum. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 129. *vers. ad primam quæst.*

FRECCIA lib. 2. de subfeud. quart. auctori. num. 5. Num. 4. vers. quod Titius, vltra Ias. in l. fin. C. de iure emphyt. vide Dec. cons. 138. & cons. 146. Socin. cons. 50. vol. 4. Aymo. cons. 20. Ioan. Fab. in l. 1. de iure emphyteut. Ias. in l. 2. Capic. decisio. 103. Num. 13. ver. ad quintum, vide ad materiam in c. 1, de capit. qui cur. vendi. fol. 128. *Hier. de Mart.*

In Decis. 129.

IN princ. num. 1. ibi, Et non sequitur redditiția. Adde Iacobi. in l. circa, col. penult. versic. colligitis ex hac glos. num. 10. ff. de probat. & quòd in dubio res præsumatur allodialis, quàm feudalis, Iason in vsibus feud. col. 8. versicu. Item adde quod feudum. Et adde quid si vasallus præstat pro seruitio decem annua, nec constat pro quibus bonis possessis per eum, vtrum præsumatur pro omnibus suis soluere, & per consequens omnia, quæ possidet præsumantur fendalia, vide Andr. in cap. 1. §. quidam tamen, in additio. de controu. inter mascul. & fœmi. de beneficio. Et an vasallus teneatur ostendere de quo est vasallus, vel domino incumbat probatio, vide eundem in loco præallegato.

In eadem decis. num. 2, ibi, Quia reditus non est de substantia feudi. Adde eundem infra in dec. 320. incip. Ioannes, 2. col. in princ. & in const. Constitutionem diuæ memoriæ, 9. col. in princ.

In eod. num. 2. ibi, Illud propriè dicitur feudum. Adde feudum propriè quod dicatur, vide Matth. in dicta constit. Constitutionem, 9. col. in princ. & latius in 20. col. versic. quarto quæro, vbi enumerat omnes differentias inter feuda excedentialia, & alia feuda quæ habent propriam naturam feudi, & vltra, quod feudum propriè dicatur, adde Iason. in vsibus feud. col. 4. in fi. vers. item aduerte. nu. 8.

In ead. decis. num. 3. ibi, Nec obstant testes dicentes. Adde eundem Matth. in decis. 277. Iacobin. de S. Georg. in tract. de feud. in verb. de caus.[is] char. 13.

In eadem decis. num. 4. ibi, Sed in veritate potius est iudicandus. Adde Hippol. in singul. 95. contractus censualis, vbi multum pro notab. refert, & sequitur illam decis. Alber. & sequitur Dec. cons. 146. col. 1. in princip. adde Grammat. decis. 77. versic. ... pro parte autem Marchionis, vbi dicit, quòd talis contractus est censendus censualis non obstantibus verbis concessionis in feudum, ex quo dicta verba impropriari debent, & cum præsupponatur feudum rusticum, quod non amittitur propter reditum non solutum, nec per alienationem irrequisitõ domino, cum ista duo pacificentur, & quod ita aliàs fuit decisum per Sacrum Cons. allegat Capic. decis. 103. vbi obiurgat Afflic. in hac decis.

In eadem decis. num. 13. ibi, Ad quartam quæst. Vide Capic. decis. 103. vbi reprehendit Afflic. & idẽ tenet Grammat. decis. 77.

In eodem num. 13. ibi, Ad quintum dubium. Adde eundem Matth. in constit. incip. Constitutionem diuæ memoriæ, 6. col. in fine, versic. secundo nota. *M. Ant. Puluer.*

In Decis. 130.

FIDEIVSSOR liberatur si accusatus incarceratur. ibi, non est inducta nouatio iuxta hoc quero quid si carceratus ex iusta causa aufugit, vtrum teneatur de effr. carcere, Bart. in l. si ita eidem, de prob. tenet quod non, vide ibidem Alexan. & latius multa congesta per Ias. in l. admonẽdi, char. 17. ff. de iureiur. Marti. singu. 177. ibi, sed postea accipiendo. sed pone quod quis fideiussit præsentare aliquem toties &c. pro vulnere illato demum vulneratus moritur, & Curia intendens ex homicidio procedere requisiuit fideiussorem, an teneatur, dic quod non, vt per glo. in l. ait lex, & in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, & quæ habentur per Alex. & Mod. in l. 2. §. fideiussorem, circa finem, ff. qui satisdare cogantur. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 130.

AD istam decis. vide eundem Afflict. in constit. humanitatem, colum. 5. ver. semel consului, & vide Bald. in Rubr. de fideiuss. colum. 2. Iacobi. in l. fideiussor,

iussor, ff. qui satisd. cogantur, Bald. in l. qui crimen, C. qui accusa. non poss. Alexan. in l. si quis, ff. de custod. reorum, Hippo. in repet. Rubr. ff. de fideiusso. quæst. 17. Bald. consil. 337. secunda parte, vbi an fideiubens pro aliquo, qui veniebat puniendus capitaliter, teneatur si ille aufugit. ibi, in contrarium, vide quæ dicit Paris in suo tract. synd. fol. 29. vet. an præstans, num. 23. col. 2. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 130.

Et de fideiussore se præsentando toties quoties an facta duplici præsentatione liberetur, Tiraq. de re tract. conuentionali, §. 1. in verbo, ... fol. 819. fideiussor qui promisit præsentare toties quoties an per binam præsentationem liberetur. Alexand. consil. 145. vol. 2. vers. in qua. vide Parid. in tract. de syndi. in verbo, an potestas, qui videtur contrarius ad dictā decis. uide Bath. extra in Rubr. de fideiuss. §. in fideiusso. num. 10. ff. qui satisd. cog. & Bald. in l. qui crimen, ff. qui accus. non poss. Alex. in l. si quis, de custo. reo. Hippo. in repet. Rubr. de fideiusso. quęst. 17. Bald. consil. 337. vbi an fideiubens pro aliquo qui veniebat puniendus capitaliter teneatur si ille aufugit, & vide eundem Matth. in constit. humanitatem, colum. 5. & addе D. Ioann. Bologn. in repet. l. vnicæ, C. de sententijs quę pro eo quod interest, num. 31. in fine. *Hieron. de Mart.*

In Decis. 130.

In princ. Adde Dominum Matth. in const. Regni humanitate, 5. col. in princ. Item quid si aliquis est accusatus de adulterio præstitit fideiussores de stando iuri; dum Curia examinaret testes, dixit huic accusato iudex, reporta alios fideiussores, accusatus timore ne carceraretur dedit alios fideiussores, qui sunt postea mortui, illæ accusatus recessit, curia requirit primos fideiussores, illi comparent, & dicunt quod per præstationem secundorum fideiussorum, ipsi fuerunt liberati, quæritur quid iuris, vide eundem in d. const. 5. col. vers. item fui semel interrogatus. Item quid si aliqui fideiusserūt pro certis carceratis de stando iuri, quod fideiussores sunt suspecti, quod illi plures aufugerunt à carceribus, quæritur, quid iuris, vide omnino eundem Matth. ibidem colum. 5. vers. item semel consului.

In eadem decis. nu. 1. ibi, Istam quæstionem posuit Luc. de Pēna. Adde, sed aduerte quod Lucas loquitur quando fuerunt requisiti plures, & fideiussores, vt ipsæ reus in iudicio sistatur, qui pluries corā iudice se præsentauit, & receptus in vincula positus est, & ante latam sententiam in eum de carcere fugit, fideiussores denuo requiruntur, vt ipsum in iudicio sistant, & quia non præsentarit, impetuntur de pœna, hæc sunt verba formalia quæstionis formatæ ibi per eum, & sic diuersa est quæstio à quæstione hic proposita.

In eadem decis. num. 5. in fine, ibi, Nisi promissio fideiussorum haberet in se clausulam. Adde Ias. in l. duobus, §. si ei qui, col. pen. in fine, vers. 2. intelligeristam glos. quem vide omnino, ff. de iureiuran. *Marcus Antonius Puluerinus.*

In Decisio. 131.



Lite pendente super innouatis procedi tur in causa principali, vide Curtium iun. cons. 109. num. 19. ibi, fuit in Sacro Consilio, & non reditur, quia stante lite super nullitate contractus nō potest exerceri pactum executiuum, vt in specię consuluit Soc. consil. 78. vol. 3. vide Ias. consil. 109. in secundo dubio, vol. 1. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 131.

Ad istam decis. adde Soc. cons. 78. lib. 3. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 131.

In hac decis. uide Soc. cons. 78. col. 2. vbi lite pendente super contractu prædictæ clausulæ executiuæ non debent exequi de facto. *Hier. de Martino.*

In Decis. 131.

In princip. ibi, Feudum, dic fundūm, & ibi demum concludens, dic concedens.

In nume. 1. ibi, Petit à iudice reuocari attentata. Ade Dominum Philip. Dec. cons. 103. & cons. 200. 1. colum. & eundem Matth. supra decis. 98. incip. Pulchrum.

In eadem decis. num. 2. ibi, Etiā dicta causa. Adde eundem, supra in decis. 98. vers. vtrum potuit iudex, vbi latius examinat hoc dubium, & aliter sentire videtur. *Marc. Ant. Puluerinus.*

In Decisio. 132.



Infra triginta annos potest recurri ad arbitrium boni viri, & quod infra triginta annos peti possit posuit Dec. cons. 39. in fine, vbi multa allegat, vide Balbum in tract. præscriptionum, in quarta parte principali, quæst. 33. char. 63. ibi, quod fuit pariter votatum, vide omnino Rom. consil. 27. in tertio dubio, data enormi læsione poterit pe ti reductio non obstantibus quibusuis clausulis, Dec. consil. 11. col. 2. & vide in decis. 121. & 122. & quæ ibi scripsi, impubes non petit absolutionem contra iuramentum nisi sit enormissimè læsus, in ver. & ista fuit originalis limitatio Goglielmi de Cunen, in l. qui iurasse, q̃ idem dicit Guido de Suz. in d. Auth. sacramenta puberum, qui hanc limitat nisi contrahat cum pupillo, vide in decis. 393. in secundo dubio, vbi limitat hæc dicta. ibi, se enormissimè læsum, de enormissima læsione, vide pulchrè Decium consil. 180. & 181. & Gram. decis. 102. num. 104. vide Alexan. cons. 41. 3. col. in princ. vol. 1. Soc. cons. 2b. colum. 5. in fine, in nouis, tenet quod data immodica læsione & iuramento stante rescinditur contractus, & sic Auth. sacramenta puberum, non habet locum data enormi læsione, & an minor possit contrauenire renunciationi quam fecit cum iuramento, vide Dec. cons. 31. & quid in laudo etiam generali potestate tributa, vide Dec. consil. 39. col. 4. & de renunciatione facta de hæreditate cum iuramento, quod possit retractari data enormi læsione, tenet Dec. con sil. 86. in fine. ibi, fuit pariter votatum, vide omnino Rom. cons. 27, in 3. dubip. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 132.

AD istam decisio. adde Lanfranc. in tract. de arbitr. & Cagnol. in l. 2. in num. 89. C. de resc. vendit. & Petrus de Rauen. in suo compend. iur. Canon. fol. 147. colum. 7. in fine, de iuramento, intellige bene istam decis. prout loquitur, quia procedit in laude arbitratoris, secus in laudo arbitri, qui est ad instar iudicis, vt dicit Marant. in sua pract. in secundo actu tertiæ partis sextæ partis, ver. primo igitur quær. nume. 113. fol. 285. vbi nume. 115. ponit an sit necessaria absolutio a iuramento. *Prosper Carauita.*

In Decis. 132.

IBI, fuit pariter notatum. Adde Dec. cons. 39. iuridicam, col. pen. circa finem. *Marc. Anton. Pulucrinus.*

In Decis. 133.



ONTVMAX censetur renunciare priuilegio fori, idem si habet priuilegium declinandi forum illud admittitur ibi, hoc voluit Ang. in l. eum qui, ff. de prini. credi. vide in specie Inno. in cap. ad petitionem, de accus. & idem in cap. super, de offi. de legati, Bald. in l. si quis ex consensu, C. de epis. audi. Alexan. in l. 2, col. 3. ff. si quis in ius vocatus non ierit.. adde quod talis contumax debet audiri in causa in terminis in quibus causa reperitur in testamentũ, quod si vult opponere exceptiones dilatorias audiri non debet, ita concludit Abbas post Inno. in cap. si duobus, de appel. qui verò ibi, col. 4. tenet contrariũ, vt ibi videre potes. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 133.

AD istam decisio. adde quod dicunt Angel. & Paul. de Cast. in l. quamuis, ff. de dam. infec. quod si reus velit contumaciam purgare & expensas, debet audiri, istam opin. inter dentes sentit Alexand. in d. l. quamuis, col. 3. in fine, sed contra tenet gloss. in l. 1. ff. de iud. & nota quod l. vbi captum, non habet locum perempta instantia, Alber. Brun. consil. 54. colum. 3. vide Iacobin. de sancto Georgio, in l. 3. colum. 2. ff. de iud. qui tenet contra istam decis. ibi, fuit appellatum, an contumax possit allegare pendentiam litis vel præuentionis, vide Baiiol. in l. sepulchri, ff. de sepulch. viol. & in l. quamuis, ff. de dam. infec. Alexand. consil. 33. volum. 3. Bart. in l. vbi cæptum, ff. de iudic. & plenè Iacobin. in l. si quis postea, num. 3. ibi, sexto fallit, & Hippo. singul. 239. & Petr. de Rauen. in suo compend. iur. Canon. in tit. de rescript. fol. 313. col. 3. & plenè per Franc. Niconit. in repetit. cap. quoniam contra, fol. 29. num. 16. de probat. de materia huius decis. vide eundem Afflict. in constitu. pœnam nouem unciarum, nu. 9. & quis dicatur cõtumax, & quæ requirantur, vide Anchar. in cap. finem litibus, num. 7. de dolo & contum. ibi, item quia, vide Hippol. consil. 227. & omnino vide eum, & in l. 1. §. pręterea, col. 5. ff. de quæst. & Paris in tract. synd. fol. 106. in ver. suspicio, in fine, ibi, secus esset, vide Iacobin. in l. se subijciant, num. 15. ff. de iud. vt dicit per hanc rationem, quod si exemptus a iurisdictione Episcoporum litigat coram Episcopo loci non opposita declinatoria fori, sententia lata contra illum est nulla, quia expresse non potuit prorogare iurisdictionẽ Episcopo sine licentia.

Quis autem dicatur cõtumax, habes text. in l. contumacia, ff. de re iudica. & text. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando iud. cum similib. vbi habetur, quod ille est contumax, qui citatus tribus edictis, vel vno peremptorio pro omnibus sui præsentiam facere contemnit. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 133.

AN contumax possit allegare pendentiam litis, vel præuentionis, Bart. in l. sepulchri, ff. de sepulchro viol. in l. quamuis, ff. de dam. infec. Alex. ab Alexan. consil. 33. col. 3. Bart. in l. vbi cæptum, ff. de iudi. & plenè per Iacob. in l. si quis postea, num. 6. ibi, tertio fallit, Hippo. sing. 239. & 227. & de materia huius decis. vide Matth. in constitutione pęnam nouẽ vnciarum, nume 9. contumax prodit priuilegium declinandi forum, Bart. in d. l. vbi cæptum, & Iacobin. in l. si subiaceat, ff. de iudic. vbi dicit, quod si aliquis est exemptus a iurisdictione episcopo se .... immediatè subest & litigat coram episcopo non opposita fori declinatoria sententia lata cõtra ipsum est nulla, & vide Tho. Gram. in vot. 27. uide Ang. qui tenet contra Bart. in d. l. quamuis, quę decis. est contra Afflict. hic. *Hieron. de Martino.*

In Decisione 133.

IN princ. & adde quod est quædam constit. Regni, incip. Priuilegia, in primo lib. quæ tollit priuilegia quędam quarundam ciuitatum, quorum auctoritate homines illius loci non tenebantur, pro qualibet causa exire illas ciuitates, & ad hãc decisionem, adde eundem Matth. in constit. Regni pœnam nouem vnciarum, 4. col. in princip. vers. sexto quæro de quadam quęst. & adde an vniuersitas possit deponi, & priuati priuilegijs propter contumaciã, vide Bal. cap. 1. col. 5. versic. an autem vniuersitas, de mil. vas. qui contu. est, nume. 14. determinantem quod sic. *Marc. Antonius Pulu.*

In Decis. 134.



GENS ex testamento si replicatur quod non valet, non potest agere vt ex codicillis, secus in reo qui potest vti pluribus exceptionibus. *Ioan. Ang. Pisanellus.*

Decisio 134.

IBI, fuit per totum consilium. Vide de materia l. fin. Gvliel. Bened. in repet. cap. Raynutius, in glos. in ver. testamentum, nu. 71. de testam. Roman. consil. 125. *Prosper Carauita.*

In Decis. 134.

IN princ. ibi, In persona presbyteri. Sed an scriptura presbyteri sit priuata, ita quod si faciat testamentum alicuius non valeat, vide Bened. Captam cons. 57. quem refert, & sequitur Dec. consil. 120. 5. col. in princ.

In eadem decis. in fine, nume. 4. ibi, Et firmat hoc Paul. & Moder. Pap. Adde eosdẽ Papienses in Rub. de lega. 1. in 4. colum. circa finem. *Marcus Anton. Pulucrinus.*

In Deci-

In Decis. 135.

POENA non committitur nisi quatenus eum interesse concurrit. notarius potest alteri stipulari. ibi, quãdo pœna est addita, vide & adde, quòd ex ista decis. verificatur dictum Angel. in l. 53. quod in curia mercatorum pœna non possit peti vltra interesse, quem reprobat Ias. in l. 3. §. si in facto, ff. de verb. oblig. nota idem in personis ecclesiasticis, idem in terris ecclesiæ, idem etiam dicas de honestate, ex quo sequitur quod persona honesta non debet petere interesse, & has extensiones, vide per Crotum in §. Cato, col. 4. ff. de verbo. oblig. ibi, venient, vide Picum in repetit. §. Titia cum nuberet, l. Titia testamento, de legat. 2. in 3. quæst. qui latè examinat, vide quando in generali oblig. veniant venalia, & quid si fuerint alienata, per Ripam in l. penult. num. 8. ff. de pign. & Crotum in repet. l. si constante, num. 103. ff. sol. matr. & melius per Negusan. in tract. de pignorib. char. 5. col. 2. cum seq. vbi dat limitationem nisi pœna imponeretur ipso iure, vide quia multa bona dicit in materia pœnali. ibi, nisi quatenus eum interesse, vide decis. 154. circa medium. aduerte tamẽ, quia non committitur pœna nisi semel, l. si duo, §. item arbitror quũ limitatione, nisi ponantur cumulatiuè vel toties quoties, ita Bologn. consi. 30. col. 5. ibi, per ipsos obligantes iuramentum facit quod absentibus acquiratur, Capic. decis. 72. ibi, quia notoriũ, in decis. 393. circa med. ibi, & tenet Bald. in l. & non fine, & quæritur vtilis fine cessione, vide ibi per Bald. quẽ refert Socin. consi. 90. col. 6. in nouis, imino quæritur directa, vt sentit Alexand. consi. 22. 1. col. vol. 3. vide omnino Dec. cons. 226. per totum, *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 135.

IBI, idem tenet Laurentius. vide Rom. cons. 510. ibi, nec obstat. vide Afflict. in constit. Magistri Camer. col. pen. ibi, item quia notarius. vide Afflict. in constitut. Baiulos, quæst. 10. Bald. cons. 200. vol. 2. Corn. consi. 2. vol. 4. in litera C. & consi. 129. in litera I. vol. 2. Delphin. decis. 121. Dec. cons. 293. col. 2. vol. 2. & consi. 4. nu. 13. quod est positum inter consilia 40. licèt Paulus teneat cõtrarium, in consi. 193. & consi. 171. vol. 2. quem sequitur Dec. sibi contrarius cons. 226. & cons. 147. vol. 2. & in l. contractus, ff. de reg. iur. & vide infra decis. 393. in 3. cõclusione. ibi, & sic fuit ex ista decis. Exijtiam generale illud quod pœna non exigitur nisi quantũ interfit, ex qua limitatur & corrigitur text. in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. Tu tamen intellige istam decis. procedere, quando pœna est apposita pro obseruantia contractus, vt tunc quantum interfit, exigatur: sed si promittis facere tale opus, & si non faceres promittis mihi decem pro meo interesse, quod ex nunc liquido tunc tota exigetur, quamuis tantum non intersit, per l. fin. ff. de præto. stipul. vbi hoc iam probatur apertè, & ponit tunc modum: & intellige quando pœna apposita, & liquidata pro interesse apponitur dationi rei vel facto, secus si dationi quãtitatis, quia tunc præsumitur in fraudem vsurarum, & non exigeretur, vt notat Bal. in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. petat. vt satis bene declarat Grammat. decis. 58. per totum, num. 6.

Ibi, item non obstat. not. contra aliquos notarios, qui nolunt obligationes apud acta capere absente creditore. Idem Marant. in sua pract. actu 10. iudic. fol. 235. num. 13. vide etiam Gramma. consi. ciui. 63. num. 12. Afflict. in constitut. Magistri Camerarij. 12. notab.

Vide scripta infra decis. 393. vbi an donatio facta absenti quæratur absque aliqua ratificatione. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 135. vers. dubitabatur.

VIDE etiam Thom. Grammat. in voto 12. & Prag. Reg. inci. Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 135.

IN num. 2. ibi, Ista est vera, & indubitata conclusio. Adde Alex. in l. diuortio, in princ. 7. col. vers. Item videmus in simili, ff. sol. matr.

In ead. decis. num. 3. ibi, Tamen stylus S.C. est. Adde eundem Matth. in decis. 154. incip. Quædam mulier, circa fin. & de isto stylo S.C. vide supra decis. 79. in fine, & infra 243. & supra 78. & vide infra decis. 358. in fine.

In ead. decis. num. 5. ibi, Quia satis dicitur facta apud acta. Adde quod hæc obligatio facta apud acta habet executionem paratam, adde eundem Matth. infra in decis. 387. incip. Si vno. In M. C. V. tamen omnes actuarij accipiunt obligationem extra præsentiam iudicis.

In ead. decis. num. 6. ibi, Item quia notarius. Vide eundem infra decis. 393. 2. col. vbi latius vide per eum. *M. Ant. Pulu.*

In Decisio. 136.



CHARITATIVUM subsidium quantum fit die 15. Maij 1499. in causa cathedralis Ecclesiæ Liciensis cum hominibus & vniuersitate Sancti Petri de Limbricis, super petita liquidatione charitatiui subsidij, ad cuius resolutionem Limbrici cogebantur per sententiam Sacri Consilij, dicta vniuersitas fuit condemnata quõdam Reuerendissimo Marco Antonio de Tholomeis Episcopo dictæ ciuitatis & alijs, vt in decreto continetur, refert. Domino Ioanne Baptista Brancatio commissario cum voto decretum est, quod dictum charitatiuum subsidium, seu subuentio liquidentur ad mediatatẽ Regiæ collectæ sententialiter teneantur soluere, medium ducatũ pro quolibet Coculario, dictæ Cathedrali Ecclesiæ, seu successori ipsius, & pro quantitate cum dicta sententia mandetur executioni. hoc decretum fuit habitum ex libro votorum à Domino Pyrrho Antonio Sapono. & sic non dicit verum Afflic. iste liber nunc extat penes Vincentium Cæsareum Seeret. Sacri Cons. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 136.

ADDE hic Grammaticum decis. 88. vbi ad plenum de charitatiuo subsidio, & in totum de Ayello. super tracta. ad hoc, num. 34. versic. quantum. *Prosper Carauita,*

In Decis. 136.

IN princ. Adde, sed quid de charitatiuo subsidio quod petitur quãdoque à prælatis à clero, vide glos. sing. in extrauagan. Benedicti Papę XI. quę incip. Vas electionis, circa fin. in ver. charitatiuum subsidium, & adde an archiepiscopus possit petere charitatiuum subsidium à suffraganeis, vel eorum subditis, vide Felin. in cap. pastoralis, col. vlt. in fine, de off. ord. adde Grammat. decis. 88. fuit dubitatum. *Marc. Anton. Pulu.*

In Decis. 137.

PETENS instrumentum cassari, debet cauere de probando legitimam causam cessationis, & dare fideiussores in loco iudicij, & iste debitor an dicat' actor, vel reus, vide Dec. consil. 43. in primo dubio. ista prag. est sub titulo de preuenti. mode. incip. Malitijs, & vide in reformationibus Rituum, char. 2. col. 4. incip. Itē quando, vide omnino Paul. de Cast. in Authent. generaliter, C. de episc. & clericis, qui voluit, quod si actor est extraneus, vel non subditus iurisdictioni iudicis corã quo litigatur, quod si non possidet immobilia in loco iudicij quod nō statut suæ iuratoriæ cautioni, sed quid si iurauit fecisse diligentiam, & non potuisse inuenire fideiussores, vide per Alex. in l. quidam, §. bono, ff. de dammo infecto, in quęst. de statuto dicente stari iuramento de damno passo, & in l. 1. ff. qui satisd. cog. ibi, in loco iudicij negligens examinari testes, sed cuius expensis testes sunt examinandi quando destinatur commissarius, vide Ias. in l. prætor, §. 1, col. fin. ff. de eden. vide Mod. in tract. testi. sed an semper examinatio testium sit facienda in causa quando testes sunt de longinquo, dic quod si causa est magna, iudex debet præcipere quod veniant coram se, vel si habeat testes suspectos, Imol. in l. cum ab initio, in fine, quemad. testamenta aper. & ita fuit decisum in causa Ioan. de Caunessa, vide Andr, in cap. 1, si de inuestitura inter dominum, & vas. lis oriatur, vide Paul. de Castro in l. interdum, ff. de iudicijs, qui dat cautelam vt fiat depositum quando fit nominatio, allegat glos. in cap. statutum, §. fin. de rescript. in sexto, vide Capic. decis. 10. in secundo dubio. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 137.

AD istam decis. adde Bald. cons. 302. vol. 1. *Prosper Carauita.*

In Decis. 137.

IN princ. ibi, Dictat nouella pragm. Adde quod ista pragm. incipit Malitijs litigantium, char. 254. & adde Ritum Mag. Cur. incip. Item quod quãdo contingit, char. 287. *Marcus Ant. Pulnerinus.*

In Decis. 138.

COMPROMISSVM an debeatur in vita, & militia sine assensu Regis, secus autem si quãtum filius cui fuit feudum à patre relictum potest vitam, & militiam à fratre recipere, ibi, & Andr. cap. 1. istam opin. Andr. sequitur Soc. consil. 87. col. 3. in nouis, vbi ex multis hanc sententiam approbat, vide omnino Iacob. in tract. feudo. ver. & cum pacto domino, col. 3. adde quod in omnibus in quibus est alienatio prohibita, est etiam prohibitum compromissum, Dec. cons. 39. col. 2. & vide quod dicit Ias. in cons.'. . . . incip. Quod Labeo, vol. 1. in 4. char. ibi, erat feudum nouiter, sed quid in antiquo nũquid possit princeps concedere feudum Comiti in pręiudicium primogeniti, & feuda diuidere, vide Lucam in l. diuæ memoriæ, vlt. col. C. de decur. lib. 10. adde quod pater potest feudũ stipulari vni ex filijs in præiudicium aliorum, ita Iacob. in tract. feudo. ver. ita quod ipsi inuestiti, col. 3. in princ. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 138.

IAI, tamen domini de consilio, vide Barb. in c. officij, col. 15. de testam. & an vita & militia debeatur secundogenito, etiamsi habeat vnde se alat. vide Mat. de Lau. in tract. de primogenitura, col. 2. & Neapod. in consuetu. Quod si aliquis, ver. pro alimētis, & in consuet. mulier. ver. quibuslibet, in tit. de aliment. præst. Barba. in l. Cai Cassij, ff. de fidecom. libert. quod si frater primogenitus procurauit fratri secundogenito aliquam prębendam vel dignitatem, cum qua possit honestè viuere, non tenetur pręstare vitam & militiã, text. est mirabilis, & ibi Bald. in l. 1. §. sed scimus, C. de lat. lib. toll. refert, & sequitur Alex. in l. alimenta, C. de neg. gest. circa materiam istius decis. vide Alex. cons. 58. aliàs 8. vol. 5. in fine, & Paul. de Cast. cons. 290. & Abb. cons. 22. vol. 2. & Ioan. Fran. Balb. in suo tract. præscript. in quarta parte, col. 30. vers. tertio principaliter quæro, vbi reprehendit Alexan. in d. cons. sed opin. Alex. defendit Crotus in repetit. l. si is qui pro emptore, char. 16. col. 3. ff. de vsucap.

Quando litigatur super vita, & militia an debeatur necne, & compromittitur compromissum non valet sine Regio assensu, cũ vita & militia, sit portio feudi, sed si agitur super quãtitate vitę & militiæ, bene potest. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 138. num. 3. vers. item quia.

ADDE aliam dec. infra 252. vide in simili, de deci. per Couar. lib. pract. resolut. 35. num. 2. cum seq. *Hieron. de Mart.*

In Decisione 138.


IN princ. ibi, Quęritur quod quid si post factum compromissum, Adde an autem vigore pragmaticę Regis Ferdinandi primi quæ incipit, odia, char. 254. debeat compromitti inter primogenitum, & secundogenitum, vide supra in decis. 43. incip. Dictat. intellige quãdo est quęstio de vita & militia inter eos. & adde eundem Matth. in constitut. Constitutionem diuæ memoriæ, col. 18. in fine, vers. sed an transactio super vita, & militia.

In eadem decis. num. 4. ibi, Pro hoc facit illa regula. Adde eundem supra in decis. 44. vers. ad secundum dubium.

In eadem decis. num. 5. in fine, ibi, Sicut pater potuisset. Adde eundem supra in decis. 112. in fine, & vide in decis. 248. 1. col. in fine. *Marc. Anton. Pulnerinus.*

In De-

In Decis. 139.



REDITOR potest agere condictione ex lege fin. non obstante præscriptione facta per tertium possessorem quando adest precarium, sed an d. l. fin. habeat locum contra clericum, Barba. consi. 38. col. fin. vol. 1. consuluit quod non, vide multas quæstiones per Ripam in tit. de interdictis ff. Nota unam mirabilem cautelam, quod si opponitur præscriptio, tu replicas de iuramento posito in contractu quod impedit præscriptionem, ita est stupendum dictum Lndo. Rom. in l. 1. in 3. char. in repetit. ff. de usucap. quod practicauit Hippo. sing. 141. & ibi Petrus de Anch. vide Alex. consi. 85. vol. 6. & consi. 83. vol. eod. ibi, propter pragm. Regis Ferdin. secus ubi non est precarium, vide in consi. 11. in secunda parte Consiliorum Excell. Pisanelli, vide pulchrè Balb. in tracta. præscriptio. col. 31. ubi reprobat per plura consilium Alex. hoc etiam tenuit Hippol. sing. 158. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 139.

L. Cum notissimi, C. de præscript. triginta annor. Castr. consi. 20. vol. 2. & Crauetta 148. num. 6.

Infra decis. 335. num. 8. & supra decis. 37. nu. 3.

Alexand. consi. 220. in fi. 6. vol. tenet contrarium, quod sequitur Crauet. 148. num. 6. *Prosper Carau.*

Super Decis. 139.

AD istam decisionẽ vide Pau. de Cast. cons. 200. & Abb. consil. 22. & vide multa per Crotum in repetit. l. si quis pro emptore, char. 15. col. 3. & 4. ubi multa notantur, & idem Crotus dicit in repetit. l. si constante, char. 12 ff. solnto matrimo. & Matth. In quæst. durant consuetudinem, in 3. notab. & Guid. Pap. sing. 575. ubi ponit limitationem ad l. primam & secundam, C. si aduers. ex. & Crem. in singul. 61. incip. Volo tibi date. & Hippol. sing. 158. ubi ponit pulcrum effectum precarij, seu constitut. & contra hinc decis. consuluit Paul. de Cast. in consil. 10. in princ. dicens precarium præscribi per spatiũ decem vel uiginti ann. cõtra istam decis. sed malè loquitur.

Vers. verum propè tertium numerum. Adde Dec. inter contractus, de reg. iuris. & in reg. cum principalis & in l. quo tutela, §. fin. eod. tit. Vers. item hodie, num. 6. ad finem. vide Cępol. caut. 31. & decis. 432. lum. 11. & Iacob. in l. ante omnia, nu. 30. ff. de probat. Et quid in dote si agitur hypothecaria contra tertios possessores, an sit necessaria discussio, Io. Lup. in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & uxor. Curt. sen. consi. 6. & Guid. Pap. consi. 109. Aret. consi. 126. propè finem. *Hier. de Martino.*

In Decis. 139.

IN princ. Vide omnino eundem Matth. in constitut. Reg. duram, & diram consuetudinem, 2. col. not. j. circa fin. & adde Ioan. Petrum in sua practi, in forma responsionis libelli in actione hypothecaria, in vel. exceptionem præscriptionis.

In ead decis. num. 3. ibi, Precarium regulatur secundum naturam sui principalis. Adde infra in decis. 331. vers. & ubi precarium est appositum.

In eadem decis. num. 6. ibi, Sed quo ad bona quæ postea quæsiuit. Vide eundem supra in decisio. 37. secundo dubio, ubi aliter dicit.

In eod. num. 6. ibi, Propter pragmaticam Regis Ferdinandi primi. Adde quæ incipit, assistentia, char. 255. *Mar. Ant. Pulverinus.*

In Decisione 140.



NUESTITURA pro se & hæredibus suis facit feudum hæreditarium limitata nisi esset dictum sibi & hæredibus masculis, quia tunc exponitur descendentibus, Dec. consil. 185. quid sit feudum hæreditarium, vide Dec. consil. 78. pen. col. vide in decis. 140. in tertio dubio, vide in cons. 7. secunda parte consiliorũ Excell. Pisanelli. ibi, ita tenuerunt cons. 28. aliàs 48. vol. 5. vide omnino in decis. 14. & quod tale feudum de quo hic sit hæreditarium, vide Dec. cons. 185. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 140.

HODIE omnia feuda sunt hæreditaria. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 140.

VIDE Alex. cons. 26. si uasallus recipit feudum nulla mentione facta de filijs, & hæred. quo casu intelligitur pro se, & hæred. recepisse, & filius huius in uasalli hæreditate non adita non poterit huius feudum hæreditate, sed necesse est quod sit hæres, & ibi assignat rationem, & an feudum hæreditariũ receptum pro se, & hęred. possit uni ex filijs assignari, & an feudum nouum possit in præiudicium filiorum alienari sine eorum consensum, Alexand. consil. 28. & an si conceditur feudum alicui pro se, & hæred. ueniant extranei, Alex. consil. 30. & quando dicatur feudum nouum, Alexan. cons. 34. num. 4. & quando dicatur hæreditariũ, & ex pacto, & prouid. Matth. in constit. ut de successionib. col. 21. & decis. 195. & 240. contra tenet Dec. consil. 195. & uide Luc. de Pen. in l. unica, C. de lucra. descrip. Imp. co-lum. 10. lib. 10. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 140.

IN princ. Adde Philip. Dec. in cons. 185. incip. In causa, & in cons. 194. incip. Viso, col. ult. & eundem D. Matth. supra in decis. 112. & in decis. 240. incip. In causa, in tertio dub. in fine, Decium in consil. 395. in causa, quem vide omnino, & eundem Afflict. in decis. 195. 3. col. vers. nec obstat tertium dubium, & ad decisionem istam corroborandam adduco capitulum Reg. incip. Cõsiderantes char. 231. & miror quod hic Matth. non alleget, & adde eundem Matth. in constit. ut de successionib. in 20. col. vers. aut é ista communis forma, quẽ vide omnino, sed occurrit dubiũ stãte ista forma inuestiturę de qua hic, & quod maior natu præferatur minori, & masculus fœminæ utrum illud feudum in persona istorum descendẽtium erit feudum ex pacto, & prouidentia, vel hæreditarium, vide omnino Matth. in dicta 10. col. versic. sed stat nunc dubium, ubi latissimè disputat hanc quæstionem & proficit ista quo ad hoc quod pater non possit alienare feudũ in præiudicium primogeniti, etiam cum regio assensu, ut dicit idem Matth. supra in decis. 112. & de ista forma

ma communi priuilegiorum, vide Andr. in capit. 1. §. & si libellum, 4. colum. vers. sed quid si. de alienat. feud. pater. & in cap. naturales, in addit. si defunct. contra. *Marc. Ant. Pulu.*

Decisio 141.

OB rebellionem committuntur bona. *Prosper Carauita.*

In Decis. 142.

CReditor agens contra plures debitores dicitur diuidere actionem quando sunt soluendo omnes, de quo vide omnino per Rom. cons. 240. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 142.

Per exceptionem partis debiti non inducitur diuisio. *Prosper Carauita.*

Super Decisio. 142. nu. 3. vers. secus si non esset.

Vide supra in decis. 115. & vide pulchram quæst. quam ponit Guid. Papę singul. 289. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 142.

In princ. Vide omnino eundem Matth. in decis. 215. incip. Sexdecim Iudęi, & adde Ias. in l. non solum, §. morte, col. 17. circa fin. ff. de ope. noui nunc. & Ioan. Petrum in sua pract. in forma libell. contra plures reos debendi.

In eadem decis. nu. 2. ibi, In contrarium facit tex. in l. si creditores. Adde ibi omnino D. Ias. *Mar. Anton. Puluer.*

In Decis. 143.

TEstamentum præsumitur validum esse recto ordine supra institutiones legata valent per relationem ad aliam scripturam. ibi, ad hoc accedat id quod adde ad propositum, quod ex varietate styli arguitur dubietas in testamentis, Soc. cōs. 92. col. 2. in nouis. ibi, vt refert Bal. in.. vide Soc. cons. 98. col. 1. in princ. in nouis. ibi, nec potest validare, vide Soc. cons. 92. colum. 9. in princ. in nouis. *Ioan. Ange. Pisanellus.*

Decisio 143.

In testamento clauso debet esse subscriptio testatoris.

Quibus modis annullatur testamētum clausum. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 143. num. 2. vers. tertio non apparet.

Vide Soc. in l. 1. §. si quis ita, in 1. nume. ff. de verbor. obligat. nume. 5. vers. ad hoc accedat, adde Dec. nume. 3. l. in negocijs, ff. de regul. iur. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 143.

In princ. Adde & quid si est apposita clausula omni via, modo, &c. Vide Dec. in consil. 14. incip. Et pro tenui facultate mea, in 4. col. circa finem, & adde Ias. in l. 1. §. si quis ita, col. 5. ver. cōfirmo istam rationem diuersitatis, ff. de verb. oblig. & nouissimè Gramm. decis. 62. vbi vide. *Marc. Anton. Puluer.*

In Decis. 144.



CLausula, omni meliori modo, & forma facit validare testamentū vt non capatiuum. Ibi, omni meliori via. de ista clausula vide Deci. consi. 11. & latius cons. 14. col. 2. per totum. vide omnino, quia in terminis, vide Socin. cons. 11. colum. 2. vbi scripsi. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 144.

Quando testator non se subscribit in testamento clauso subscribat se vnus testium ex eodem numero legitimo.

Nota clausula, quod quidem testamentum voluit valere omni meliori modo viarum. *Prosp. Cara.*

Super Decis. 144. num. 2.

De effectu huius clausulæ, vide Paul. de Cast. consi. 323. in fi. incip. Super primo puncto. Alexan. cons. 176. Hippol. cons. 118. nu. 8. Corn. cons. 162. & de hac clausula, vide Maria. Soc. in rub. de leg. 1. num. 64. & 95. & Corn. cons. 106. Fulg. cons. 110. col. 2. incip. In quæstione. Angel. cons. 183. Decius cons. 14. & vide Alex. cons. 112. nu. 3. Hippol. sing. 36. & Ias. in §. omnium, Instit. de act. *Hier. de Mart.*

In Decis. 144.

In decis. 144. nu. 2. ibi, Quod testator dixit, &c. Adde Dec. consil. 14. col. 4. circa fin. & contrarium tenet Grammat. decis. 62. col. 4. *M. Ant. Pulver.*

In Decis. 145.



ESTAMENTVM subscriptione triú testium non probat testamentum esse validum, nisi omnes septem testes essent subscripti. ibi, tertio semper si facienda iuxta hanc quæst. firmo vnam an si notarius conficiat instrumentum cum duobus testibus vt erat testamentum factum inter liberos, q̃ est validum cum duobus testibus, l. hac consultissima, C. de testamentis, an istud instrumentum faciat fidem ex his colligitur, quod ex quo sunt subscripti faciunt fidem & valet instrumentum, Soc. conf. 11. col. 1. in fine, vol. 3. tenet contrarium, aliud tractari de solennitate instrumenti continens testamentum, aliud de solennitate testamenti, vide ibi, sed Docto. extendunt, adde quod vbi agitur de probanda solennitate rogati notarij in testamento, quod duo testes sufficiunt, Decius consil. 21. vers. quarto de rogatu. ibi, possèt probari per duos testes. tenor potest probari per duos testes, adde quæ requiruntur vt dicti testes probent, per Alex. conf. 196. col. 2. non obstat quod nulli, vol. 2. vide infra in decis. 274. *Ioan. Angel. Pisanellus.*

Decisio 166.

ADDE eundem Afflict. in constit. instrumentorum robur, col. 3. & 11. ibi, igitur cum non reperiatur constitutio, vide Moder. Consen. in e. quoniam contra, num. 35. de probat. ibi, nisi talis Iudex, & talis notarius. De materia subscriptionis, vide Paul. de Cast. in l. qui Romæ, §. Chrysogonus, col. 1. ff. de verb. oblig.

An testamentum possit reddi inualidum attento in eo apparent tres testes subscripti propria manu eorum, alij verò quatuor sunt tantum notati manu notarij, & mortui sunt? fuerunt multa pro & contra allegata, demum non fuit super hoc decisum.

Si aliquis testis nescit se subscribere, tunc per aliú portetur eius manus & fiat in pręsentia testium ipso mandante.

Consuetudo est optima legum interpres. *Prosper Carauita.*

In Deci-

In Decis.166.

In princ. Vide omnino Matth. in const. instrumentorum robur, 3.col. vers.sed tertio utiliter, nu.4. *M. Ant. Pulver.*

In Decis.167.



Colono possidente nomine hæredis transfertur in eum possessio, licet eam non apprehendat, vide nunquid colonus possideat per D. Ioann. Baptistam de Castellione in suo compend. posito post sing. Cremen.col.9. Alexand.consi.33.col.fin. vol.3.tenet, quod possessio ciuilis continuetur in heredem. Ibi, post mortem, vide infra decis.325. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 167.

Ibi, non transit ad filium, vide Bald.cons.436. vol.3. vbi an possessio defuncti transeat in heredem absque apprehensione. & an statutum possit transferre, & quid in feudalibus. Guliel.in repet. c. Raynutius, in ver.mortuo, lo 2. fol.396.num.69. de testam. Barbat. in cap. quia ingredientibus, col.4. de testamen. & an hæres vniuersalis possit propria anthoritate ingredi, & continuare possessionem defuncti. Bald.consi.452. vol.4. aliàs cons.108. vol.2. & dicta Dña Catherina ibi superuenit in ista discussione. not.pulchrum intellectum ad l.cum heredes, ff.de acquir.poss. *Prosp.Carauita.*

In Decis.167.

In princ. ibi, Interdicto vti possidetis. Ad materiam interdicti vti possidetis, vide supra decis.145. & 155.

In eadem decis.num.5. ibi, Nota quòd possessio. Adde limitatio.aureã ad l.cum heredes, ff.de acquir. poss.adde eundem infra decis.325. ver.item fuit conclusum. adde alium casum in quo transit possessio in hæredem sine apprehensione, videlicet, quando quis constituit possidere pro se, & hæredibus, ita dixit Bart.in consi.96. Inuocato, vbi omnino. *Marc. Ant.Pulverinus.*

In Decis.168.



Prælatus confitens debitũ vel quietans aliquẽ in vltima voluntate non præiudicat successori, vide de confessione prę lati quæ latè deducit Barbat. consil. 17. col.4.impugnans Paulum de Cast. ibi, quędã quietatio, an autem prælatus possit repudiare legatum factum ecclesiæ ponunt Doctor. in l.legatum, ff.de legatis primo.vide Ias.in l.3.§.si filius meus,ff.quod quisque iuris. ibi, ea quæ notantur, vide quæ posuit Decius consi.474.aliàs 374. vide intelligentiam per Baldum cõsi.429. quia communis est opinio,vol.4. in nouis. Ibi,an confessio prælati fine,vide supra decis. 101. *Ioan.Ang.Pisan.*

Decisio 168.

Ad istam decis. adde Moder. Consent. in c.fin. num. 54. col.pen. de præscript. vbi de hac decis. faciunt mentionem. & Cassan.cons.43. num.21. vbi an actus factus ab infirmo præsumatur fraudulentus. & Paul.de Cast. cons.293. num.2.vol.1. vbi si confessio prælati noceat successori. & consi. 1.in antiquis. Federicus de Sen.cons. 143. Confessio facta. Alex.cons.216.vol.7.Socin.consi.91.vol.3. Imol.in cap.fin, de præscriptio. Bald.cons.429. Quia communis opinio, vol.4. Et an confessio thesaurarij noceat domino vel ciuitati, Bald.cons.453. Ordo rei, ibi, pro eo quia facta fuit, vide tex.in l.cum patrem, §.fraudis,ff.de bonis damnat.

Confessio debiti facta in vita nocet hæredi,sed in morte non nisi iurata. *Prosp. Carauita.*

In Decisio.168.

In princ. Et an Abbatissa possit transigere cum consensu sui conuentus super legatis factis ipsi monasterio, vide Roman.consi.184. visis, quæ narrantur in facto. Adde quid si statuto caueatur, quòd mulier non possit se obligare sine præsentia duorum propinquorũ, si quietauit prædicta mulier aliquem suum debitorem sine dicta solennitate ualeat, vide Rom.consi.394. Præsupposito, & nota ad ius Longobardum. *Mar.Ant.Pulver.*

In Decisio.169.



Procurator condemnatus ad rationem reddendam si non reddit potest contra eum iurari in litem, quod non datur hæredi, nisi sit bene informatus. Ibi, dicebat dominus Carolus. hoc etiam firmat Alex.cons.71.col.fi. vol.3. Ibi, nec obstat, quod hocmet tenet Soci.consil.89.col. vlt. in nouis, vbi post Bald. dixit non requiri, quòd tale iuramentum apertè deferatur. Ibi, & quia ista est sententia Sacri Cons. habet vim legis, vide ĩ. decis.96.in fine.adde quod licèt faciat ius in regno, tamen non ligat personam Regis, ideo per aliam sententiam Regis potest retractari per ea quæ alleg.in decis.383. *Ioan.Ang. Pisan.*

Decisio 169.

An & quando sit deferendum iuramentum in litem, de quo hic tractatur, vide Iason. consil. 174. num.3.vol.2.

Tutor volens iurare in causa pupilli debet admitti. *Prosp. Carau.*

In Decis.169.

In decis.169. num.2. ibi, Iuramentum in litem non præstatur heredi. Adde Ias.l.1.§.fin.col.penult. vers.nota perpetuo, ff.ne quis eum, qui in ius voc.est vi exim. vbi latè examinat.

In ead.decis. nu.6. ibi, Sicut dicitur in tutore non ponente. Adde eundem infra in decis.360.

In ead.decis.in fine.ibi, Quæ habet vim legis. Vide eundem infra in decis.190.in fi.& decis.383.circa finem, *M.Ant.Pulver.*

In Decisione 170.

Debitor suspectus de fuga debet cauere cum fideiussoribus, & quando dubitatur an sit præstanda cautio, & licèt sint cõsanguinei, quia non cõcurrunt ea quæ ponit Ioan.Baptista Caccialupus in suo Compend. vide quæ ad propositũ scripsit Alex. cons.62. col.2. in princ.

in princ. vide Bald. consil. . . . . incip. Statuto Assisij. vbi tenet, quod si statutum dictat, quod causa mutui habeat executionem paratam, & aliud quod causæ inter coniunctos compromittantur, quod si incidit quod sit consanguineus, & conueniant ex causa mutui, debet minimè fieri compromissum, refert & sequitur Dec. cons. 3. col. 4. vide pulchrè ad hanc decis. ibidem. interim affecutatur iudicium, vide supra decis. 109. *Ioan. Angel. Pisanellus.*

Decisio 170.

QVANDO aliquis suspectus de fuga, capi debeat in persona vt caueat, licet aliquid opponat, tamen debet cauere.

Ad istam decis. adde Hippo. sing. 43. et latius singul. 282. & fugitiuus quis dicatur, vide Bald. consil. 250. vol. 1. & cons. 383. vol. 5. ibi, sed magnum fuit dubium, vide Bald. in l. cum proponas, C. de bon. auth. iud. possid. vbi tenet, quod relaxandus est, si caueat de iudicio sisti tantum, licèt non de iudicato soluendo, & ferè omnes Doctor. sic tenent, licèt in practica seruetur ista decis. prout testatur apostillans ad Alex. in l. neque impuberes, §. qui in ius, in litera B. ff. de in ius vocandi. & ibi etiam Alex. videtur tenere cum Baldo contra istam decis. quæ indicio meo, satis est nota. ibi, videbatur aliquibus dominis, vide Dec. cons. 461. num. 5. vbi limitat hoc, vol. 3. in fine, in antiquis, Bald. consil. 231. in causa catceratorũ, vol. 4. vbi latè ponit quæ requirãtur, vt suspectus de fuga capi possit, & vide Alexand. cons. 241. per totum, vol. 6. & Barb. cons. 70. vol. 3. ver. restat nunc, & vide glos. in l. dies festos, in ver. fideiussionis, & ibi Doctor. C. de fer. Pau. de Cast. consil. 472. vol. 1. nu. 2. & 3. & cons. 473. vol. 1. & cons. fin. eod. vol. Decius cons. 461. in fine, & si debet fieri compromissum, de quo hic, vide eundem Afflict. in constit. Constitutionem diuę memoriæ, col. 21. vet. quarto quæro, & Soc. consil. 99. vol. 4. Hippo. singul. 281. Barb. consil. 70. col. pen. ver. restat. vol. 3. & Ioan. de Anan. cons. 55. & ibi Bologn. plenè in additio. & Bald. cons. 338. & consil. 318. & 374. vol. 4. & glo. in d. l. dies festos, C. de ferijs, tenet cõtrarium, & ibi Ang. & vide ritum in nonis, item quod quando volens, & vide Ias. in l. si ab arbitro, & ibi etiam Soc. ad longum, ff. qui satisd. cogan, & Alex. in l. 2. col. 6. ff. sol. matr. Aret. §. 1. Instit. de action. & Iacobin. in d. l. si ab arbitro, num. 23. Barb. in Clement. causam, de elect. col. 4. in fine, cum sequent. fol. 140. in parua impressione, & idem Afflict. in constitut, Constitutionem diuæ, nu. 6. n. Crot. in ver. iudex, circa fin. Imola cõs. 139. ibi, sed magnum fuit dubium in Sacro Consilio, vide Alex. in l. 2. ff. de iurisd. omnium iud. Paul. de Cast. cons. 472. vol. 1. in finalibus verbis, & clarius in cons. sequen. nume. 1. & Petr. de Rauen. in suo compend. int. Canon. fol. 93. de foro compet. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 170. in verbo videbatur,

VIDE Dec. cons. 461. num. 5. vbi limitat hoc, & Matth. in constit. Constitutionem diuę memoriæ, col. 21. fol. 273. ibi, quarto quæro, & ibi, sed magnũ fuit dubium &c. vide Alexan. in l. 3. de iurisdictione omnium iud. Paul. cons. 472. & consil. seq. num. 1. vbi requiritur citatio, & Soc. cons. 99. & Hippo. singul. 282. & 43. Bald. consil. 338. & 318. & 374. vbi de hac materia debitorum suspectorũ; & vide glos. in l. dies festos, C. de ferijs, & ibi Angel. vbi quam cautionẽ debeat præstare debitor suspectus de iudi. soluen. *Hier. de Martino.*

In Decis. 170.


NVM. 1. ibi, Et dicit quod talis suus debitor. Vide omnino Dec. cons. 75. vbi notabiliter loquitur circa debitorem suspectum, & Ias. l. a. ff. sol. matrim. & l. si ab arbitro, col. 2. ff. qui satisd. cogan.

In eodem num. 1. in fine, ibi, item dicit quod ipse est consanguineus. Ad decisionem huius dubij, vide Bald. in cons. incip. Statuto Attensi, quem sequitur Dec. cons. 3. 3. col. in fine.

In eadem decis. nume. 3. ibi, Et ita fuit per Sacr. Cons. Adde Ias. l. eleganter, colum. pen. in princip. ff. de condi. indeb. vbi videtur decidere hunc casum.

In eadem decis. nu. 4. ibi, Sed magnum dubium. Vide Roman. cons. 241. Spectabiles domini, 1. colum. vbi declarat an per iuramentum suspectio probari possit, & omninò Ioan. Bapt. de Caccialup. in tract. de debitor. fugit. vers. nono principaliter quæro. *Marc. Ant. Puln.*

In Decis. 171.



ICIT cautio sit præstanda emptori soluenti quando imminet euictio ante solutionem, tamen quando venditor est idoneus non tenetur. concluditur hic, quod si auctor est idoneus facultatibus tunc non est præstanda fideiussio, Pau. de Castro in l. diuortio, ff. sol. matrim. §. interdum, vbi tenet hoc etiam procedere in quacunque fideiussione prætoria, & etiam si esset præstanda ex forma statuti, Alexan. in l. 1. s. col. 2. ff. qui satisd. cogan. tenet contra, sed Ias. ibi sequitur Paulum, sed Aret. in d. §. interdum, tenet contra Paulum, tu teneas contra Paulum & ad dicta, & Ias. respondetur, vt respondet Alexand. ibi ad l. quicunque, C. de fundis patrimonij lib. Imo. in l. 1. §. sed magistratus, facit pro Alexand. contra Ias. nam dicit, quod si magistratus dedisset tutorem idoneum non releuatur ab onere, & l. legitimos, facit pro Alex. nam ibi vult legitimos tutores satisdare, exceptis patronis, qui causa cognita inspectis suis facultatibus releuantur, & sic speciale est in patrono, ergo in contrarium est ius commune, l. ius singulare, de legi. sed ex mente Roderici vide. omnino text. in l. 2. in princip. vt leg. nomine caueatur, ibi text. multum nota. ad propositum. ibi, & sibi denunciat litẽ, vide Cępol. in caut. 27. ibi, in l. si post profectum, cum text. ad hoc allegat Rom. consil. 8. in fine, vbi dicit, quod in duobus casibus sunt dandi fideiussores in casu euictionis, vt si eminet euictio tempore contractus, vel si fuit promissa, aliàs eos dare non tenetur, vt ibi. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 171.

AD istam decis. vide quæ scripta sunt in decisio. supra 20. in fi. & Aret. in § actionum autem, nu. 17. de action. Ias. in l. à Diuo Pio, §. post adnum, ff. de re iudic. vbi pulchrè, & Capicium decis. 107. num. 6.

Alexand.consi.65.vol.5.col.fin. Aretin.in §.fin. Instit.de suspec.tut.vbi, si principalis est idoneus. Bald. in sua Mitgar. in verbo, fideiuss. num.10. Patis in tract.synd. in ver.si iudex. & adde Ias.in l.si quis ita stipulatus, num.1. ff.de verb.oblig.vbi quis dicatur idoneus.& vide quæ scripsi supra decis.88.& Bald. singulariter consi.358.vol.5.Laucellot.in l.cum seruis,§.Titius, ff.de leg.1.fol.156. Iacob.in Auth.cui relictum,num.5.C.de iudic.vid.tollen. Petr.de Raucn.in suo Compend.Iuris Canon. in titu.de purg. vulg.fol.299.col.2.in fi. vbi pulchrè loquitur. idem Iacob.in l.fideiussor, num.3.in fine,ff.qui satisdare cogan. Et quid si creditor cedit, & promittit facere nomen debitoris bonum, vide Ludouicum Gomes. in §.omnium, num.14. de actiou. Et quid si vendo vel do in dotem nomen debitoris, an sufficiat etiam quod non teneat illud facere, & quod debitor sit soluendo.Bald.in l. Lucius,§.ciuibus,ff.de leg.2. Bald. in l.prædia, C. de fideicommiss.& in l.si extraneus, C.de hæred.vel actio.vend. *Prosp.Carau.*

In Decis.172.



DEPONENS pecuniã penes aliquem si illa est amissa sine culpa ipse liberatur, vide infra decisio.355.ibi, allegabatur, vide Angelo l.pignus, C.de pigno.actio.ista tamen decisio si bene consideretur, præsupponit quod depositum fuit factum cum consensu litigantis,non mirum si sibi perit; propterea caueant ne eligant bannum. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 172.

A n.istam decis.172.adde Paridem in tract.synd. in verb. si iudex maleficiorum, fol.50. num.12. & Glos.in l.2. in prima glos.lib.3, *de los fiadros.* Bald. consi.425.vol.4. Quætio.star io hoc. Bartb.consi.70. in fi.vol.3. vel iic.restat. & Alexand.consi.34. vol.7. per totum. Bald.consi.315. Ista de iure petit. vol.4. vbi an fideiussor possit petere ab eo pro quo fideiussit, quod extrahatur à tali obligatione,eo q deteriorauit suam conditionem. & Hippol. in repet.Rubr. de fideiuss.quæst.4.& 6.Iacob.in l.fideiussori, ff.qui satisd.cogant. Quid autem si delego nomen debitoris mei, & ille reperitur non soluendo, an ego delegans possim actione conueniri. Iacobi. in l.periculum,ff.si cert.pet. Sal.consi.270. vol.4. Si quæritur, aliàs 72.vol.3. & quod si est factum pactum cum debitore, quod nõ teneatur præstare fideiussionem. Si postea ille debitor efficiatur deterioris conditionis, an non obstante dicto pacto possit compelli ad fideiubendum. Barbat.consi.70.vol.3.in fi.Lupus in repetit. cap.per vestras.fol.58.col.2.de donat.inter vir.& vxor. Deci.consi.547.vol.3. num.21. Et quid importent in contractibus illa verba bonum, melius, & optimum, vide Romanum singulari 16. *Prosp.Carau.*

In Decis.172.

NVM.1.ibi, An iterum teneatur satisdare. Adde D.Mattb.in constu.Regni humanitate, 3.col.in quarto notab. *Marc. Anton. Puluerinus.*

In Decis.173.



CLERICVS reus potest recõueniri coram laico, qui non potest in præiudicium conuenti renunciare liti, dummodo intelligo,quòd reconuentio fiat durante conuentione, per ea quæ not. glos. in l.sed et si restituere,& ibi Iacob.ff.de iudi. quid si esset author laudatus clericus, vide Capic.decis.197. vide Neapod.in proœm.consuet.ver.tenorẽ,col.pen.vers.sed qualiter potest,& est Ritus Magnæ Curiæ Vicar.7. Ibi,& quia notorium erat, adde quod de consuetudine, & stylo Curiæ potest iudex se informare à tabellionibus,& procuratoribus,& alijs, l.3.§.fi.ff.de testib. Batt.expresse in l.4.cod.tit. & multa congregauit Felin.in c.... de rescript.ista ergo opin.sequenda est. Socin.consi.153.col.pen.circa quintam comparatis consilijs patris. Ibi, non obstante reconuentione, vide omnino quæ ponit Ias. in l.3. in princip. in 30.notabili, ff.quod quisque iuris. *Ioan. Angelus Pisanellus.*

Decisio 173.

CLERICVS per viam reconuentionis tenetur litigare coram iudice laico. non quod de iure teneatur, quia propter varias allegationes hincinde factas non fuit decisum de iure, sed propter consuetudinem clericus potest ut est reconueniri.

Licèt regulariter actor cogi non potest ad agendum, tamen porrecto libello & lite contestata non licet actori desistere. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 173.

VIDE Federicum de Senis cons. 103. vbi quid iuris si clericus accusat laicum coram iudice laico, & accusatum accusat cum coram Episcopo quatenus falso fuit accusatus per clericum, an Episcopus poterit inhibere iudici sæculari ne vlterius procedat; & de materia huius decis. vide Angelum Arer. in §. idem iuris,num.36. Instit.de exceptio. & Soci.consil.253.circa quintam difficultatem. An autem clericus possit desistere à lite inchoata, & renunciare instantiæ inuito reo, vide Bald. cons. 146.col. 2. & ad istam decis. adde Ritum Magnæ Curiæ; incip. Quid teneatur clericus. *Hier. de Mart.*

In Decisio. 173.

IN principio. Vide Ritum Magnæ Curiæ Vic. incipien. Item quòd clericus in maioribus, & minoribus, char.281. Adde Lanfrancum in repetitio. Clemen.sæpe,in verbo, libellus, col.4. versic.prima conclusio, de verbor.significat.vbi notandas conclusiones ponit in materia reconuentionis. & adde Felinum in capit. si clerici, colum. 6. ver. glos. in ver. nume. 21. de iudic. latissimè examinantem, & limitantem. Socin. consil. 253. In causa, p. 2. Cardin. Alexandr. in cap.accusatores, ver.cuius in agendo, 2.colum, versic.In ead.glos.3.quæst.8.vbi tenet, quòd clericus non potest reconueniri à laico per eum conuento. *Marc. Ant. Puluer.*

In De-

In Decisio. 174.



EMPHYTEVTA priuari non potest moram purgando, secus in emphyt. ecclesiæ, vide in specie Cepol. in cõs. 25. in ciuilibus, in quarto dubio. ibi, quo casu non licet, & quod talis declaratio non possit fieri expressa tantum voluntate, sed etiam tacita, & non possit mora purgari, tenet Alex. cons. 106. vol. 4. sequitur Deci. vbi omnino, vide cons. fil. 146. ibi, ita quia dicit resolutio contractus impedit moram purgari, & quod post declarationem mora non admittatur, vide Dec. cons. 138. in 3. col. ibi, vide plenè hanc materiam, vt diuina, vide Ang. vide etiam Iacobi. in tract. feudo. verbo, quidam, col. 10. *Ioan. Angel. Pisanellus.*

Decisio 174.

IBI, cum pacto quod infra triennium. Confiderа, quia istud erat iure cautum, vnde cum sit deductum in pactum debet aliquid operari vltra ius commune, per ea, quæ voluit Imol. in l. filiusfamilias, ff. de donation. vbi si datur arbitrium ei, qui aliàs habebat, intelligitur de libero, istud pactum videlicet, quod si infra triennium non soluat, cadat a iure suo, poterit operari, quia si addictum esset emphyteutæ etiam per vnum annum si non solueret caderet a iure suo, stante iuramẽto, vt communiter adijcitur hodie in instrumento, Alex. cons. 85. Non puto, vol. 1. quod secùs esset si non esset istud pactum, quia expectaretur triennium, Curt. iun. in repet. l. si quis maior, num. 15. C. de transact. Corne. cons. 67. cum sequenti. col. 2. vbi tangit notabile, 3. quæst. an emphyteuta possit expelli, qui annuatim non soluit canonem successori, ex eo quia prædecessori soluit per multos annos, & ibi etiam si emphyteuta alienauit vnam ex rebus emphyteuticis in requisito domino priuetur omnibus, de qua vltima quæst. vide per Croc. in repetit. §. Cato, ff. de verb. oblig. Barb. in capit. propter sterilitatem, extra locat. si in contractu sit pactum cum emphyteuta; quod solutio canonis debeat fieri anno quolibet, nihilominus expectari debeat triennium, vt emphyteuta cadat, prout est de iure communi. Dec. cons. 138. & diligenter, col. 4 in fine; contrarium tenet Ias. in l. 2. num. 42. vers. nono quæro, C. de iure emphyt. Roman. cons. 212. vbi de materia huius decis. Ias. cons. 10. num. 11. col. 2. & cons. 9. num. 8. eod. vol. & cons. 82. eo. vol. Alexand. consil. 106. num. 9. col. 4. vol. 3. Aret. cons. 94. col. fin. iuramẽtum impedit purgationem moræ, plenissimè vltra omnes per Iacob. de Nigris, in repet. l. si insulam, num. 327. ff. de verbor. obligat. & istud procedat iure ciuili, secus de æquitate canonica, de quo Corn. cons. 221. 1. vol. & de effectu iuramenti, Barb. cons. 15. num. 4. ibi, quæritur quid intis, mora vsque ad quantum tempus possit purgari per emphyteutam cessantem soluere, Fulgos. cons. 7. vol. 4. & cons. 155. vbi pulchrè, & mora non intelligitur in pupillo, Fulgos. cons. 201. in medio, col. 2. Barb. cons. 40. num. 18. vol. 1. & Iacobin. in repet. Auth. qui rem, num. 59. de sacrosl. eccles. & de materia purgationis moræ, vide Alexand. cons. 40. vers. emphyteuta infra quantum tempus, & vide Bald. cons. 157. 2. parte, in nouis, & 271. vol. 5. Dec. cons. 161. colum. fin. & consil. 138. col. 3. vbi vide plenè hanc materiam, & cons. 146. & Aret. cons. 94. col. fin. vbi de purgat. more, & Guid. Pap. quæst. 123. per Roman. cons. 212. & an possit purgare moram, & plura de materia, vide Guid. Pap. decis. 17. & 123. & 107. & cons. 31. num. 19. adde quod emphyteuta, & omnis debitor iuratus offerens debitum, & interesse purgat moram, Lostredus cons. 41. num. 8. allegata iura, & Ritum Magnæ Curiæ, & adde quod de æquitate canonica etiam in contractu iurato admittitur purgatio moræ, Dec. cons. 138. nu. 7. & an possit expelli propria authoritate, vide omnino supra decis. 97. ibi, & pro hoc facit, vide Alex. cons. 129. 1. col. vol. 4. In causa & lite. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 174.

NOT. quod in cõtractu emphyteutico si fiat pactum quod solutio canonis debeat fieri singulis annis, nihilominus expectari debet triennium vt emphyteuta cadat prout est de iure communi, Dec. consil. 38. colum. 4. in fine. Mora infra quantum tempus possit purgari per emphyteutam cessante solutione, Fulgos. cons. 7. col. 4. ibi, infra duos menses, vel infra quadraginta dies post biennium, allegat Innoc. in d. cap. potuit, num. 18. & Iacobin. in repet. Authent. qui rem, num. 59. de sacrosl. eccl. & de materia purgationis moræ, Alex. cons. 40. num. 3. & 4. Emphyteuta infra quantum tempus possit moram purgare, & quomodo intelligitur verbum celeriter, Bald. cons. 157. & cons. 271. Aretin. cons. 94. & Guid. Papę in consil. 123. iuramentum impedit moræ purgationem, vide plenissimè per Iacobin. de Nigris in l. si insulam, num. 25. cum seq. ff. de verbor. obligat. & istud procedit de iure ciu. secus de æquitate canonica, ibid. nume. 233. & Corn. cons. 121. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 174.

IN decis. 274. num. 1. in fine, ibi, Et primo quia licet de iu. canon. Adde emphyteuta an possit purgare moram elapso triennio, adde Ias. late, & copiosè examinantem hanc quæstionem, in l. 2. col. 23. in fine, vers. vigesimonono quæro, C. de iu. emphyt. Dec. in cons. 145. & pro tenui, col. 3. vers. vltimo, non obs. vbi dat vnam cautelam per quam moræ purgatio impeditur.

In eadem decis. num. 5. ibi, Et vbi est iuramentum non potest mora purgari. Adde & etiam non est opus interpellatione, quod est aureum dictum, vide Crem. singul. 122. incip. Vbicunque est iuramento, & adde Dec. cons. 138. col. vlt. & col. 2. vers. accedit. *Mar. Antonius Polu.*

In Decis. 175.

RESTITVTIO in integrum semper potest infra quadriennium peti, non autem infra illud tempus quo fuit impeditus, sed aduerte quod illud quadriennium non currit nisi à die sciẽtię læsionis, vnde si staret læsus per centum annos, & nunquam peteret restitutionem sibi ignoranti nõ currit tempus, ita Dec. cons. 36. circa finem, vbi loquitur in

ecclesia, & consi. 41. in fine. ibi, aduersus, adde quod nunquam currit tempus donec viuat prælatus, qui damnificauit ecclesiam, ita Alex. cons. 20. in vltimis verbis, vol. 3. vide quæ dicit Aretin. consi. 16. col. fin. *Ioan. Angel. Pisanellus.*

Decisio 175.

QVANDO appellatur à sententia diffinitiua, debet præsentari processus iudici, ad quem infra quinquaginta dies iuxta formam constitutionis Regni appellationum tempora, quo termino elapso habetur, ac si non esset appellatum. fallit si appellans fuerit priuilegiatus, & ei competat beneficium restitutionis in integrum, vt vniuersitas, mulier.

Terminus ad petendum restitutionẽ in integrum aduersus lapsum temporis. *Prosper Carauita.*

In Decis. 175.

IN princip. In quantum constitutio Reg. dictat, ꝙ si pars non præsentauit processum infra quinquaginta dies iudici ad quem, non habetur, ac si non esset appellatum. Aduerte, nam hodie in Sacro Consi. ita practicatur, quòd licèt processus non sit præsentatus infra quinquaginta dies, tamẽ hoc nõ obstante ex eisdem actis vident processum, tamen cautela datur ad hoc ut dicatur ex toto deserta ipsa appellatio, & quòd non possit amplius ex eisdem actis uideri processus, videlicet, quòd uitetur pars ad dictã causam quare non debeat dici appellatio deserta, & hoc nota in practica, pro qua vide supra in decis. 79. & 78. in fine. *M. Ant. Puluer.*

In Decis. 176.



VIDE in decis. 182. in prima charta, confessio iudicialis inducit notoriũ, & ideo confitens adulterium potest sine accusatore condemnari si principaliter inquiratur, secus si incidẽter, vide ad hanc decisionem Ruin. cons. 80. vol. 4. Circa hanc decis. dic, quòd si quis fuit tortus & confessus multa delicta, quòd aut contra eum præcessit accusatio, de quibus in iudicio actum non fuerat, non potest condemnari, aut præcessit inquisitio extraiudicialis, vel extraordinaria tanquam contra famosum, & de multis criminibus labefactatũ vt fit in Regno authoritate litterarum Regalium, quæ incipiunt, De iuris censura, & tunc potest de omnibus criminibus quæ confessus est condemnari, ita eleganter concludit Lucas de Pen. in l. prima, fin. col. C. de numera. aliàs muneribus, lib. 12. Ibi, quod ex dicta iudiciali, Corset. in singul. in verbo, confessio, col. 1. allegat glos. sing. vide & considera si potest saluari sententia Magnæ Curiæ Vicariæ; nam co quia præsentat personam Regis, est dicendum, quòd poterit statim pronunciare sine nouo processu super confessione incidenter facta, & illud quod hic habetur procedere potest in alijs iudicibus inferioribus, hoc colligo ex dictis Abb. in cap. 2. col. 2. de confess. sequitur Corset. in sing. in verbo, confessio. Quid in teste incidenter confitendo delictum, glos. in c. si quis, distin. 50. & glos. in cap. si quis, distin. 79. & de ista cõfessione de qua hic uide Abb. in cap. t. de except. & Lucas in cap. 1. de ordi. cognit. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 176.

AD istam decis. ad eundem Afflict. in constitutione Blasphem. col. 2. vers. secunda dubitatio, vbi ponit pulchram quæst. & de materia huius decisio. vide Corset. in suis singula. in verbo, confessio, lo. 2. ibi, est notorium. vide Guliel. Benedic. in repet. cap. Raynutius, in verbo, cuidam, fol. 428. num. 33. de testam, ibi dicit, quod in crimine adulterij non procedit ex officio, Fulg. cons. 136. vide Ioan. de Turrecrem. in c. adulterij, num. 23. vbi dicit, quod adulterium est grauius peccatũ quàm stuprum. & idem in cap. 1. nu. 1. ead. char. quæst. 1. dicit, quod adulterium est crimen proprium, de quo vide Salic. in l. 2. C. de adulter. & omnino Fulg. cons. 136. per totum, vbi adulterium per vxorem commissum non potest à iudice, neque ab alio accusari non volente marito, quia adulterij accusatio proprium dolorem mariti defert, ideo eo inuito non potest vxor accusari. Ibi, & confessione facta confessio inducit notoriũ. Fran. Niconit. in repet. c. quoniam contra, de prob. fol. 74. nu. 127. Corn. cons. 44. in litera A. vol. 4. vbi confessio in iudicio facta reddit rem notoriam. ibi, & pro decisione huius q. dum dicitur, ꝙ in crimine adulterij non potest procedi ex officio. Adde quod contrarium tenet Andr. de Isern. in constitut. Irgnm asper. in fine, & ibi per Moder. ibi, & hoc nota. Alexand. vide Hippo. in suo 1. 5. crim. in Glos. in ver. postquã, num. 9. Petr. de Rauen. in suo Compen. Iur. Canon. in tit. de confess. col. 1. fol. 20. Lucam de Pen. in l. 1. col. pen. in fi. de numerar. lib. 12. Hippolyt. in repet. l. primæ, col. fi. ff. de quæst. ibi, per Sacrum Consiliũ. Nota quòd ex confessione facta incidenter non potest quis condẽnari sine nouo processu, vt dicit Bart. in d. l. si confessus, fallit tamen hoc dictum, si confessio facta incidenter tangit negotium principale, de quo quærebatur, quia tunc condemnari potest, vt not. Glos. in c. 2. in ver. confessus, vbi vel ideo. de confess. ibi, fallit quando crimen. nota in adulterio procedi ex officio. idem Gramma. decis. 31. in fi. Est & alius casus, videlicet, quando semel est intentata accusatio, postea recessum, vt ibi per Grammat. & Afflict. in constit. legum asperitate. aliàs nunquam proceditur ex officio.

Confessio facta incidenter in iudicio, etiam quod ex ea sequatur notorium non sufficit ad condemnationem: quia si inquiritur contra me de furto, & ego confiteor de adulterio, & nego furtum, ista confessio dicitur incidenter, & ita fuit decisum. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 176.

VIDE Matt. in const. blasphemantib. col. 2. ibi, secunda dubitatio, vbi ponit pulchrã q. et de hac materia vide Cors. in suis sing. in verb. cõfessio, & in sin gul. preced. Luc. in l. 1. col. 4. de numerar. lib. 12. ibi, sed pone aliquis legitimè tortus. Confessio inducit notorium, Corn. cons. 44. in litera. In crimine adulterij non potest ex officio inquiri, sed contra voluit Andr. in constit. legum asperitate, in fi. & ibi Matt. *Hier. de Martino.*

Super Decis. 176. prædicta, verbo, & pro decis. huius quæst num. 4.

Vide Thom. Gramm. voto 13. Confessio facta in causa ciuili in crimine falsi, an noceat in causa principalis

cipalis falsitatis. Quid si fuit absolutus in causa ciuili, Bossius in tract. crimin. in rubr. quomodo procedatur per exceptiones. *Hier. de Martino.*

In Decisione 176.

IN princ. ibi, Sed confessa fuit, vide Grammat. decis. 31. incip. Cassandra vxor. omnino Isern. in con stit. Reg. si damna clandestina, in ver, personarum, in 4. col. ver. idem si hic contra quem sunt inditia, vbi pulchram facit distinctionem, & miror quod D. Matth. in hac decis. non allegauit ipsum, & adde eundem Matth. in constit. blasphemantes, 2. colum, vers. secunda dubitatio est, & dum dicit hic Matth. & pro decisione huius quæstionis allegatur decisio Bald. adde eundem Matth. in constit. humanitatem, 5. col. vers. quinto noto. Adde etiam Parid. in tract, synd. in ver. an stetur dicto torti, 2. col. vers, accusatur, num. 13. & Hippol. in l. repeti. col. pen. in fine, vers. & quærit postea, ff. de quæst, & in l. 1. §. diuus Adrianus, 1. col. 2. notab. ff. eod. Corset. in notabilib. suis, in verb. confessio, & incipit, confessio facta incidenter, & in alio notab. incip. Confessio facta super crimine. Matthesilan. in sing. 53. incip. Nota vtilem regulam, adde text. in cap. 1. in fine, de except. & ibi vide omnino Felin. *Mar. Anton. Puluerinus,*

In Decis. 177.

EXAMINATIO vnius litigatoris absentis debet fieri ad eius absentis expensas, vide Alexan. in l. ad egregias, ff. de iureiur. vide pro hac decis. Ias. in l. prætor ait, §. 1. in fine, ff. de eden. an principalis potest attestari vt deponat, vide Rotam in antiquis, in titulo de dolo, & contumacia, qui incipit, Si quis petat, in princ. & ita fuit practicatum in causa Principis Hostiliani, cum Comite Altauille Commissario Domino Martiali, & vide Paulum de Castro in l. sed & si hoc, §. de here. ff. de procurat. credo quod potest limitari ista decisio, nisi altera pars potuerit examinari facere illum absentẽ ante suum discessum, & sic fuit contumax in non petendo examinationem, quia tunc non debet imputari absenti, & hoc per dictum Pau. de Cast. in l. de die, §. tutor, in fine, ff. qui satisda. cogant. vbi si pars fuit contumax in examinatione testium, non debet committi examinatio in partibus, vbi testes reperiuntur, vide ibi, & de expensis respectu testium, uide Ias. cons. 14. vol. 1. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 177.

LIMITA istam decisio. ut per Boer. decis. 303. num. 5. uersic. si uero; & decis. Tholo. 273. sed ritus Magnæ Curiæ Vicariæ dicit contrarium, num. 151. ibi, qui per absentiam, uide eundem Afflict. in constit. Aduocatis, col. 3. uers. sed pone prout de facto habui, & decis. Capell. Tholos. 273. & 100. & omnino Felin. in capit. 1. de libell. oblat. col. 4. in medio, ibi, regulariter dicit eum soluere expẽsas, qui fieri petit, & Paris in tract. synd. in uer. an synd. num. 12. fol. 96. ibi, quod personaliter ueniat. adde quod cõtrarium dixit Dominicus in cap. in præsentiam, de test. lib. 6, quem refert Barb. in cap. constitutus, col. 5. extra de fideiuss. ubi dicit se obtinuisse, & de ista materia uide Barb. in cap. pastoralis, col. penult. de iudi, & pro hac decis. uide Marant. in repet. l. si actor, nume. 64. ff. de procurat. ubi facit mẽtionem de ista decisione.

Sequitur Dec. in l. quod quis ex culpa, ff. de regul. iur.

Principalis litigans posuit sibi procuratorem, & discessit pro rebus suis familiaribus dato termino ad probandum, pars petit quod ille principalis examinetur cum iuramento tanquam principalis, finaliter fuit decisum, vel quod veniat principalis ad se examinandum, vel suis expensis mittatur ad eum examinator. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 177.

VIDE Matth. in constit. aduocatos, col. 3. vers. sed pone prout de facto habui, & decis. Capp. Tholos. 273. & 100. quas vide omnino, & Felin. in cap. 1. de libell. oblat. in 4. col, vbi regulariter qui petit aliquid fieri tempore deducit expensas, & uide Parid. in tract. de syndic. in verbo, an syndicatores, nu. 120. fol. 96. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 177.

In princ. Vide Bald. in. l. generaliter, §. his de præsentibus, vbi determinat contrarium, C. de reb. credit. & ibi posui in apostilla, quam omnino videas, & ibi Ias. in l. ad egregias, col. 2. vers. item missio, ff. de iureiur. & in l. etiam his, col. vlt. versic. vltimo nota, ff. de eden. *Marc. Ant. Pulu.*

In Decis. 179.

MASCVLI excludunt fœminas etiam in bonis maternis, vide Bologni. consil. 28. vbi consuluit, quod si pater dotauit filiam de bonis maternis, non per hoc excluditur à petitione legitimæ in bonis paternis. ibi, dum tamen sororem, vide Curtium iun. cons. 10. col. 1. in princ. post tract. feud. ibi, aliàs si non apparet, vide Dec. cons. 87. in simili statuto, ibi secũdo in dicta causa, vide supra decis. 161. ibi, quod non videtur renunciasse, generalis renunciatio nõ extenditur ad legitimam, sed aduerte, quia per renunciationem etiam simpliciter factam cum iuramento filia excluditur a supplemento legitimę, Bald. in l. si quando, §. illud, C. de inoff. testam. Alex. cons. 181. 5. volum. cum alijs, quæ allegat Dec. consil. 46. & vide etiam omnino in cons. 76. in secunda parte, vbi multa contra Paul. habere additionata, & Alex. consil. 78. col. 4. vol. 1. consuluit, quod renuncians iuri competenti ex testamento non venit legitima quæ dicitur debita extra testamentum, & conditione ex lege, secus si renunciaret tam ex testamento, quàm ab intestato, seu quomodocumque in bonis & hæreditate, quia tunc venit legitima. ibi, & firmat Neapodanus, vide Alexand. cons. 8. col. pen. vol. 3. ibi, dicere, dicit ius dicendi nullum præscribitur triginta annis. ibi, sed non apparet, vide Brunum cons. 19. col. 2. Soc. cons. 4. col. pen. volum. 3. Gozad. cons. 1. num. 28. Parisium cons. 1. nume. 34. cum seq. vol. 1. vide in decis. 182. in prin. & 191. ver. constat. ibi, & sic non requirebatur quãdo est notorium alicui non

cui non

cui non competere defensiones non est citandus, vide latius per Soc.cons.87.dub.6. in nouis, vide Dec. cons.454. Ias.cons.86.col.2. vol.3.ibi, si non constat iudici, vt iudici, non pōt iudex in illo se fundare. ibi, quia dicit plus datio in solutū non viciatur quādo erratur in æstimatione rei. ibi, & cōclusum fuit, q̄ probat corā iudice confessio, corā arbitris facta. ibi, hoc non obstante, emens ab habente titulum, licèt sit fama q̄ res non sit vendentis, non est in mala fide. ibi, vnum requiritur bona fides est saltē allegeanda tempore quo allegat in iure. ibi, Alex. de Imo. in l. de ista decis. Alex. fuit Purpuratus ibi, & ante eum Claudius, col.33. in reper. l. Celsus, ff. de vsucap. Afflic. in decis. 218. ibidem Pisanellus, & quæ ibi addidi ad textum. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 178.

Ibi, super hoc dubio, de hac quæst. dubitauit Andr. in cap. 1. §... in fine, qui feud. dar. poss. quem videas omnino. ibi, tertio dubitabatur. vide Moder. Venusin. in quæst. 10. num. 16. vbi meminit de hac decisione, & allegat Pau. de Cast. consil. 165. vol. 2. vbi pulchrè loquitur, & intelligit in datione in solutum iudiciali, & vide infra decis. 358. in fine, & decis. 218. & Dec. consil. 1. num. 21. in consilijs vltimo loco impressis, quæ sunt 40. & plenè Dec. in l. cū amplius, ff. de reg. iur. & in decis. 218. & ibi scripsi, Bald. consil. 90. incip. Proponitur, vol. 1. in antiquis, & quæ requirantur vt valeat datio in solutum, Bald. cons. 323. vtrum dictus processus. ibi, fuit per omnes dominos, vide Abb. cons. 22. vol. 2. Petr. de Rauen. in suo comp. iur. canon. in fine, de sent. & re iud. in sexto fol. 375. col. 2. Bald. in l. Celsus, ff. de vsucapio. Ang. in l. cum qui, §. in Publiciana, ff. de Public. Calcan. consil. 28. num. 18 quia præsumptio debet allegari, l. si adulterium cum incestu, §. ijdem Poilioni, ff. de adulter. & supra decis. 139. & d. l. fin. vide supra decis. 9. & plenè Ioan. Lup. in repetit. cap. per vestras, de donation. inter vir. & vxor. fol 72. ibi, & Sacrum Consilium, vide omnino Afflict. in cap. 1. ver. nota. 1. fol. 25. col. 4. num. 11. cum sequent. vbi multa. & Consenti. in cap. quoniam omne, num. 38. de præscript. Bona fides an possit allegari tempore disputationis, vide Afflict. in constit. Instituarijs, col. 3. & Consent. in cap. si diligenti, nu. 15. in fine, de præscript. vbi plenè de omnibus istis.

Vide Grammar. decis. 101. num. 7.

Intellige dictum Afflicti hic, etiamsi talis renunciatio generalis fuerit cum iuramēto, prout ita intelligit Grammat. decis. 57. nnum. 27. & 28.

Quando soror seu filia maritata, & dotata a patre seu à fratribus, renunciat eis bonis paternis, et maternis, non excluditur a legitima, nisi expresse in renūciatione fuit dictum legitim. quia per generalem renunciationem non videtur renunciare legitimæ. & nota, quod mortuis fratribus soror succedit in donibus maternis.

Præscribitur iuri dicendi nullum tempore triginta quinque annorum.

Quando in instrumento dotali sunt apposita illa verba, quod liceat propria authoritate capere in solutum, & soluti nomine pro dicta quantitate detinere, non requiritur citatio, sed tantum faciendum apprecium dicti rei.

Quando præsentatur charta, vbi mortui sunt Iudex Notarius & testes, charta quæ non probat nisi semiplenè, vt aliqui volunt, sed hodie in Regno non probat, nota quæ debent adduci ad coadiuuandum chartam prædictam.

Confessio facta coram arbitris facit fidem coram iudice.

An quis tenetur malæfidei possessor, antequam emeret rem, sibi retuli ne emat, attēto rem ipsam ad me pertinere, videtur quod non.

Si in instromento dotali dicatur patrem dotare filiam de bonis paternis & maternis, & non exprimitur quantitas, quid præsumendum videatur.

Quando opponitur exceptio præscriptionis per annos 30. debet allegari in processu bona fide possedisse, aliter præscriptio non erit fundata. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 178. *vers. secundo in dictis.*

VIDE Marant. in sua disputatione, dum loquitur de his renunciationibus, nume. 8. vers. quinto allegantur. vide Dec. in l. cum amplius, in princ. ff. de reg. iur. Bald. in l. fin. de iure dom. impetr. & eundem Dec. cons. 403. vers. nonum dubium. vide Doct. l. 1. ff. sol. matr. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 178.

IN decis. 178. num. 1. ibi, Super hoc dubio. Vide eundem Matth. in constit. in aliquibus, col. 14. vers. vndecimo quarto, vbi aliter videtur cōcludere, vt ibi videre poteris.

In eadem decis. num. 3. ibi, Secundo in dicta causa. Vide omnino Ioan. de Neuiz. in sua amena Syl. nuptial. in Rubr. diuiti non nubendum, fol. 8. in fi. vers. aduertant secundo, vbi optimam assignat cautelam, & adde eundem Matth. in constit. Reg. in aliquibus, 12. col. vers. & dandum est patri, vel fratri bonum consilium.

In eadem decis. num. 4. ibi, Tertio dubitatur, &c. Adde vltra allegata hic per D. Matth. Modernos Papiens. in l. vnica, in 2. col. in fine, C. de in ius voca. & in §. actionum, in fin. colum. Instit. de actioo. & in l. eius quod in prouincia, in ver. quod si stipulatus, in penul. colum. ff. si cert. petat. quos vide omnino in prædictis locis allegatis, & adde Dec. in cons. 230. incip. Proponitur, in 3. col. vers. secundo, quia agitur, quem vide omnino, & vide quod singulariter dicit Dec. cons. 370. col. penul. in fine, sed quid si soror maritata à fratre renunciat fratri, & eius hæredibus, bonis paternis, fraternis, & maternis, vide supra in decis. 161.

In eadem decis. num. 9. ibi, Certè ista charta. Adde eundem Matth. supra in decis. 48. vers. sed in contrarium.

In eodem nume. 9. ibi, Sed in Regno crediderunt omnes domini, &c. Adde D. Ias. in l. bonorum quidem, in 2. col. circa fin. ver. in fi. glos. C. de bono. poss. secundum tabul. quem omnino vide, vbi multa pulchra in practica apostillaui.

In eadem decis. num. 12. ibi, Nonum dubium. Vide in decis. proxima seq. 179.

In ea-

In eadem decis. num. 13. ibi, Vtrum requiratur ad præscriptionem. Adde Bart. in l. fin. in fine, C. vnde vi, & quæ ibi posui in apostilla, Dec. in cons. 266. ad exclusionem, in fine, col. 2. & 267. non excidit à memoria, col. 4. vers. tertio de bona fide probat, & cons. 272. viso, colum. pen. circa med. & Ias. in §. sed iste, 21. col. de actio. *Marc. Anton. Pulu.*

In Decisione 179.

PATER dotans filiam de paternis & maternis, licèt non possit illam eandem dotem filiabus dare, non præsumitur de bonis dotatæ filiæ dotasse, ego limitarem istam decis. nisi non supersint tot bona quæ sufficerent ad legitimam filiorum aliorum, vt habetur supra decis. 86. & licèt ibi dicatur mutuo viro potest repeti, tamen si ex postfacto, ergo fortius à princ. l. patre furioso, C. de his qui sunt sui vel alien. iuris, maximè quia potest resaluari actus dationis ne inualidetur si præsumeretur dotasse de suo, non enim debemus capere viam per quam actus vitietur, scilicet vt de bonis maternis, l. quoties, ff. de rebus dubijs, secundo limita, nisi pater esset negotiorum gestor filiæ suæ, quia tunc præsumitur de bonis filiæ, ita Bart. in l. Nesennius, ff. de nego. gest. & in l. cum post mortem, §. 1. ff. de admi. tutorum, de cuius veritate vide Ias. in l. 1. solu. matrim. col. 1. Soc. cons. 110. vol. 1. in nouis, & consi. 57. in fine, ibi, consideratur inopia, vide in præcedenti decis. dubio nono. ibi, allegat Bal. in Authen. præterea, C. vnde vir & vxor. adde quod puella dicitur pauper, quia licèt habeat facultates quo ad victum & vestitum, tamen ex quo facultates sibi non suppetunt vt possit secundum suam conditionem dotari, pauper dici potest, Bald. in l. si quis ad declinandam, C. de episc. & cleric. Dec. cons. 120. col. 2. quomodo intelligatur pauper, vide quæ scripsi notanter ad Felin. in cap. querelam, de iureiur. *Ioan. Ange. Pisanellus.*

Decisio 179.

AD istam decis. adde Cuman. cons. 87. in fine, & an dotar filium vel sororem, videatur dotare de suo, Barb. consil. 79. vol. 3. ibi, ex quo dispositio l. fin. De intellectu illius l. vide Petr. de Girard. singul. 71. & Cot. in suis memor. in littera D. in ver. dos data. Ias. in §. fuerat, num. 10. cum sequent. Instit. de action. Franc. Aretin. in l. si donaturus, ff. de condict. ob causam, Corn. consil. 3. incipien. videtur in hac consultatione, vol. 2. Franc. Niconit. in repetit. cap. quoniam contra. de probat. num. 135. nu. 40. vbi ponit vnum pulchrum dubium pro limitatione d. l. fin. C. de dot. promiss. *Prosper Caranita.*

Super Decis. 179.

IN hac decis. de intellectu l. fi. de dot. promis. vide Petr. de Girard. sing. 71. & Ias. in §. fuerat, num. 100. cum sequen. Instit. de actio. & Aretin. in l. si donaturus, ff. de condict. ob causam, & Corn. in consil. 3. & Franc. Nicon. in repet. cap. quoniam contra, de probatio. fol. 15. num. 40. vbi ponit vnum pulchrum dictum ad limitationem huius l. & an dotans filiam vel sororem, videatur dotare de suo, Barb. cons. 79. & Ioan. Lup. circa intellect. huius l. in repet. cap. per vestram, de donat. inter vir. & vxor. num. 14. fol. 77. *Hieron. de Mart.*

In Decis. 179.

IN princ. Vide supra in decis. proximè præcedenti 178. in 9. dub.

In eadem decis. num. 3. ibi, Et statur iudicis arbitrio. Adde Dec. in Authent. præterea, num. 16. vers. sed potest saluari, C. vnde vir & vxor. Soci. sen. consil. 30. in fi. lib. 4. Barto. in l. si constante, nu. 14 ff. sol. matrim. & adde Dec. cons. 163. num. 5. Soc. sen. consil. 121. num. 27. lib. 4. & Lucas de Pen. in l. vnic. colum. 2. C. de mendicant. valid. lib. 11. & eundem Afflict. in cap. 1. nume. 25. uersic. item habet arbitrium interpretandi, ex quib. caus. feud. amittatur. *Marc. Anton. Pulver.*

In Decis. 180.

CONSENSVS patris ualidat iudiciū, adde Petrum de Anchar. cons. 337. colum. fin. vbi latius tenet consensum patris in quacumque parte iudicij validare ipsum iudicium, quod tamen intellige dummodo fuerit, quia tunc consensus post sententiam non sufficit, ut communiter concluditur in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæred. & ex hoc poterit limitare quod dicit Bald. in l. licet, ff. de iudi. uolens consensum ualere post sententiam, quia illud non procedit in consensu patris respectu filij, sed in consensu domini respectu procuratoris; quod nota, quia (ni fallor) hoc alibi non legi. ibi, nec non ratificat, uide quædam per Cottam in memor. suis, in uerbo, filiusfamil. ibi, tamen ipse non. ipsam quæstio. tangunt in specie in §. 1. colum. 3. uersic. sed pone. ibi, sed clarius, idem tenet Bald. in l. quid ergo, ff. de infamibus, in eadem decisio. in eod. uer. continens, uide omnino Socin. in regula 30. & regu. 165. & quod ualeat consensus postea præstitus, facit doctrina Barto. §. hoc iure, de except. rei iud. ubi uoluit, quod ubi aliquid est nullum ratione consensus deficientis, quod ualidatur quãdocumque interuenit, vide aliquid quando debeat præcedere uel sequi, in decis. 355. & 378. ubi allegat bonam doctrinam Bald. in l. quicumque, C. de bonis, quæ lib. contra istam decis. facit quia requiritur consensus ad hoc ut filius possit agere, & sic ante iudicium, ergo certo & limitato tempore sequitur quod ratificatio sequens non operatur, ita Bar. in l. obligari, §. tutor, ff. de authoritate tuto. uide Firmi. in tract. de episco. & cler. in prima parte, in quinta quarti libri, in quæsito 44. uer. nunc quæro, ubi dicit, quod de facto uidit obseruari & iudicari, & pluries practicari, quod quãdocumque practicari potest, quod in casibus in quibus nõ requiritur usustru. quia non vult, & ibi latè sequitur quando requiratur consensus, & quando non, uide Guid. Papæ decis. 54 & quæ habetur in decis. Tholosa. 241. ibi, tunc aduersatius, Bald. cons. 370. In causa & lite, tenet contra Bartol. vol. 4. ibi, incip. Quo ad patris, uide quæ habentur decis. 285. ult. charta. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 180.

QVANDO tutor non admittitur pro tutore, uel quia dissipat uel quia non fecit inuentarium, repellitur à iudice & a tutela, uide quæ debeat facere tutor ut dicatur solennia fecisse Capic.decis. sua 50. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 207.

TVTOR monens litem contra pupillum remouetur à tutela. fallit in matre & auia... 183.252.262.

Tutor non conficiens inuentarium debet remoueri vt suspectus.

Ex quo per rusticem non fuit confectum inuentarium, potest remoueri à tutela. *Prosp. Carau.*

In Decis. 208.

MINOR confitens delictũ sine curatore restituitur in integrum tanquam læsus, & confessio nihil præiudicat, vide Berre.consil.320. col.3. ibi, est ualida & potest, adde quòd quicquid est actum cum minore carente curatore est nullum iudicium etiam si præferat, ita per multa Bolog.consi.36.col.2. ibi, in constit. Regni, vide Isern. in constit. si quis in posterum, qui videtur tenere, quòd solum quando imponitur pecuniaria pœna restituitur pœna minor, secus in corporali, immo quando minor est in vero dolo, vel errauit circa ius naturale non restituitur, ita Alexand. cons.103.col.6. vol.1. ibi, ita singulariter Ange. sequitur Ias.in consi.133. vol.1. *Ioan.Ang.Pisan.*

Decisio 208.

MINOR confessus in iudicio delictum sine curatore potest petere beneficium restitutionis in integrum, & conceditur.

Ad istam decis. vide Ferdin. Loaz. in repetit. tit. de iust.& iure, fol.214.§ his itaque, num.106.& vide Hippol, in prima col.5. vers.octauo, ff.de quæst, & ibi dicit, quod etiam si minor accusat, debet accusare cum authoritate tutoris, cuius authoritas debet interuenire à principio, aliàs non sufficeret, l.vniuersitas, C.qui tutor.dare poss. & nota c. si aduer. rem iudic.l.fin.& per Roman,cons.50. vide Paridem de Puteo in tract. syndic. fol.115. vers.officialis posuit ad cordam,nu,13. vers.an confessio adulti. & Bald, cons.260.vol.3.in princ. Aut mulier.aliàs consi.310. vol.1.in nouis impress. vbi pulchrè in materia. Corneus cons.198.vol.4. Licet in hac consultatione,per totum. & restituitur minor etiam non probata læsione, & errore suæ confessionis, Hippol, sing.445. Minor læsus. & de intellectu l.clarum, vide Guliel, in repet,cap. Raynutius, vers.si absq; literis, fol.14. num,50. de testam. & per Hippol.consi.110.nu.21. cum sequent. Bertrand,cons.326. num.3.vol.3. ibi, dicebat Dominus Antonius. vide Hippol. in pract. crim.§.nunc videndum, fol.14.num.33. & in l.1.in princ, col,5. vers.octauo quæritur. Bald.consi.230. aliàs 310.vol.1.in nouiter impressis. Aut mulier. & cons.408.factum.sic in 3.parte.& Afflict.in constit, minorum iura,num.12.

Minor debet restitui in integrum non obstante confessione. *Prosper Carauita.*

Super Decis.208 in princ.

VIDE Paridem in tract.de syndi.fol.115.in verbo,officialis posuit ad cordam,num.13.ibi,an confessio adulti, & Bald. consil.260. incip. Aut mulier, aliàs est consi.310. Corn.consil.198. & de materia huius decis. vide Hippol.in l.1. col.5.ff.de quæstio. vbi dicit,quod minor si accusat etiam debet accusare cum authoritate curatoris, quæ authoritas debet interuenire à principio, aliàs non sufficit, l.vniuersis, C.si aduersus rem iudic. Rom.cons.50.& Paul.consil.17. vbi colligitur quid si minor confessus est delictum sine curatore. Super ead.decis.in fi.in vers.fuit tandem, per totum consilium. vide Iason.in l.error, C.de iur.& facti ign. & Dec.in l.nil tam consensui, §.fin. ff.de regulis iur. Thom. Grammat. consi.16. *Hier.de Martino.*

In Decis. 208.

IN princ. Vide Lanfranc.in repet.cap.quoniam contra, in verbo, confessiones, 5.colum.in princ. Sed pone, quòd minor vigintiquinque annis confessus est delictum in iudicio, de quo non aliter probatur, vtrum aduersus talem confessionem possit in integrum restitui? vide Ange, in l.certum, §.in pupillo, ff.de confess. Pet.Gerard.sing.67.Scire debes, & adde Ias. l.ait prætor, §.si minor, num.7. ff. de iureiur. *M.Anton.Puluer.*

In Decis. 209.

MVLIER confitens vnà cum viro se recepisse pretium, non præiudicat sibi, nisi etiam erit probatũ versum in eius vtilitatem, vide Bald. Nouellum in tracta. dotis, parte 7. primo speciali, col.10. versic. & propter dicta, vide Curt.consi.54. vbi ponit quæstionem de patre & filio simul recipientibus dotem, vide in decis.311. *Io.Ang.Pisan.*

Decisio 209.

QVANDO per virum & vxorem venditur res iuri obligata pro dotibus, & confitentur in instrumento se recepisse pretium, licèt de iure præsumatur medietatem pretij prædicti fuisse receptam per vxorem, tamen in contrarium se habet veritas. & dicta confessio non præiudicat mulieri in casu restituendæ dotis, nisi probetur medietatem pretij fuisse conuersam in vtilitatem vxoris.

Adde Bald.cons.39 Factum tale est, vol.5.& Vital.in tract, clausularũ, vers.sed nunc restat.fol.264. in patua impress.& fol.219.versic, superest. Corne, consi.112.vol.4. Alexand.cons.22.nu.9. vol.5.Bart. in Auth.hoc ita, col.1. C.de duob.reis. Abb.in cap, constitutus, de relig.domib. Corn.consi.51. Licet in hac consultatione, vol.2.in litera E. & eundem consil.320. Videtur in hac consultatione. in prin.vol.3, & Socin.consi.50.vol.1.in princip. Dec.consi.336. In casu proposito.vbi limitatur nisi dictum sit in solidum vel cuilibet, quæ sunt synonima. & Corneus consi.40. in fine, vol.2.ibi, vt dicit Bart. Istud consilium Barto. sequitur Paul.de Cast. cons.360, 1.vol. 10.q. ibi plenè, licèt de Bart.non faciat mentionem, vide Fabianum in tracta. de emptio.& vendit. quæstio.111. vers.38.quæro.vbi de vendente rem suam cum alio. Mulier vendens rem suã cum marito, rem dico sibi pro dote hypothecatam cum iuramento; an sibi præiudicet. Abb. consil.8. vol.2. Bald.consil.54 vbi plenè. & Cuman.consil.40. Quid autem si pater & filius in eodem instrumento confitentur se dotem vxoris recepisse, an quilibet ipsorum erit obligatus in solidum, an pro parte, vide Iacobin. in

l. si is qui. § ibi dos esse, num. 3. ff. de iure dot. & an vir & vxor possint acquirere in eodem instrumento, & per quem præsumatur solutum pretium. Bald. consil. 223. vol. 5. & ex cuius pecunia præsumatur empta res, & cui quæratur. Bald. cons. 67. vol. 5. & de ista quæstione patris & filij contrahentis in eodem instrumento, vide Socinum consil. 32. vol. 3. & consi. 54. eod. vol. & cons. 27. quæst. 2. vol. 4. & Bologn. consi. 45. col. 2. versic. sed in dubio. Bald. Nouell in tract. de dot. part. 7. priuilegio 38. & Bald. loquitur, quando mulier confitetur se recepisse, & esse conuersum in eius vtilitatem, quod probet hæc confessio inter emptore & venditorem. Tamen Aretinus tenet contra in §. item si. num. 20. versi. quid si mulier cum iuramento, Instit. de exceptio. & in specie Vital. in tract. clausularum. de absolutione à iuramento, & è contra text. in Auth. siue à me. C. ad Velleian. & hæc clausula non semper ponitur. & tex. in dicta Auth. annullat confessionem, ac si facta non esset. Præterea ista confessio non præiudicat, quia restitutio dominij non potest fieri constante matrimonio, vt infra decis. 381. in fi. vbi ita respondet. vide decis. 312. & 313. ibi, & bene Sacrum Consilium. vide Alexand. cons. 172. num. 16. vol. 6. Roma in l. si cum dotem, §. transgrediamur, nu. 17. ff. soluto matr. & Alex. cons. 38. vol. 2. *Prosp. Caran.*

Super Decis. 209. in verbo, vt dicit Bart.

CONTRA Bart. sequitur Paul. cons. 360. & de materia vide Abb. in cap. constitutus, de religio. domi. Corn. cons. 51. in littera E. & cons. 320. Dec. con sil. 326. vbi limitat cum dictum sit vel cuilibet, quia sunt synonima, & vide infra decis. 215. *Hieron. de Martino.*

In Decisione 209.

IN princ. ibi, Vt dicit Bar. Adde Aret. in §. est & aliud, 2. colum. vers. & aduertas, de donat. & miror quod Matth. hic non alleget eum, & vide quod pulchrè dixit Adgan §. & illud, Auth. vt nulli iud. *Mar, Ant. Paluerinus.*

In Decis. 210.



INOR restituitur in integrum etiã si esset effectus maior culpa aduersarij vel iudicis, nisi causa esset conclusa in minori ætate, vide quando restituuntur istæ personę nominatæ hic, facta publicatione, per Bart. ibi Alex. in l. 1. §. mortatio, ff. de noui operis nuncia. col. penul. ibi, quia finis cõsideratur, vide de hoc per Alexand. consil. 75. in fine, vol. 3. ibi, quando minor concesso beneficio minori actor gaudebit eo, nisi fuisset in dolo. ibi, et moderni scribentes, vide Dyn. in regula, in iudicio non est, col. 2. ff. de reg. iur. in 6. vide Andr. in constit. obscuritatem, in fine. vide Ias. in l. si arrogator, col. 25. versi. extra quęro, de adopt. ff. ibi iis prædicta, & sic paret quod tempus ipso iure currat, nam si propter primum impedimentum talis cursus esset ipso iure nullus, certum est quod nõ daretur restitutio, ita Andr. in constit. Regni pœnam, col. 3. in fine, de forban. & foriudic. *Ioan. Angel. Pisanellus.*

Decisio 210.

211. quæritur an sit concedendum, vide Hippo. in pract. crim. §. quoniam, fol. 33. nume. 91. vbi ponit multa similia in quibus principium consideratur, & idem Hippo. in d. pract. fol. 45. §. vlterius, quem vide omnino, & in l. vnica, C. de rap. virgi. fol. 7. col. 4. & Roma. sing. 221. vbi ponit pulchram quæstionem, per regulam prædictam.

Anni quatuor currunt post ętatem perf. ctam ad petendum beneficium restitutionis. *Prosp. Caran.*

In Decis. 210.

IN fine, num. 6. ibi, An ipse actor. Vide And. in constit. obscuritatem, col. penult. in fi. & eundem in eadem constit. 5. col. in fine, vers. vndecimo quæro, vt vide eundem supra decis. 89. *M. Ant. Palu.*

In Decis. 211.



AIOR succedens minori læso restituitur, ibi, debet censere secundum suam ętatem, vide Capic. decis. 109. vtrum hæc decis. habeat locum in vltima voluntate, vt puta in minore instituẽte extraneum hæredem in omnibus bonis suis, vel donante causa mortis omnia bona, & mihi fratri nihil reliquit qui erat ab intestato successurus, dic quod non, vt pulchrè Cremens. sing. 171. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 211.

IN lite minoris conceditur beneficium hæredi dicti minoris si lite pendente moreretur, licet hæres ipse sit maior, quia dictum beneficium competit ratione minoris ætatis. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 211. in vers. fuit votatum.

ADDE Dec. in l. in omnibus causis, ff. de reg. iur. *Hieron. de Mart.*

In Decisio. 211.

NVM. 2. ibi, Item quia priuilegium ætatis. Adde eundem in const. obscuritatem, 6. col. in princip. vers. 12. quæro, vbi idem firmat. *Marc. Anton. Palu.*

In Decis. 212.



VANDO nihil est cum minore gestum non restituitur succedendo maiori, quid si clericus succedit laico, dic quod non potest cõueniri coram iudice sęculari, etiam testatore mandante, ita Bal. in l. 2. ff. vt in poss. leg. hoc idem sequitur Aret. cons. 16. in fine. ibi, vnus priuilegiatus. Dec. in c. quia, extra de iudi. ibi, fuit determinatum, idem omnes sequuntur in §. in hac, vide omnino Curtium consil. 59. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 212.

AN priuatus succedens alteri priuilegiato vtatur priuilegio, Bald. consil. 321. ibi, & sic aliquid esset factum, vide Corn. cons. 119. ex duplici, in littera R.

Beneficium conceditur minori dum succeditur illi, cui non erat concedendum. *Prosper Carauita.*

In Decisio. 212.

IN princ. Vide eundem in constit. obscuritatem, 6. col. quæst. 13. num. 17. *M. Ant. Paluer.*

In De-

In Decis. 213.

BENEFICIVM competēs minori extenditur ad maiores insimul cum minore, secus si essent diuisa, Bolog. consil. 34. col. 4. ibi, quod beneficium, adde quod si bona sunt communia inter plures fratres, quorum vnus est clericus, non potest clericus ipse virtute sui priuilegij defendere bona alterius fratris. ita Lucas de Penna in l. fin. col. fin. C. de an. & trib. lib. 10. & ideo ego dubito de dicto Mariani, quod refert Ferratius caut. 10. sed Aretin. consil. 85. 2. dubio, tenet contra Lucam, vide Ias. consi. pen. & facit, vol. 2. ibi, eligendum est in connexis, vide supra decis. 3. & per Crotum in repet. capit. ipso iure, de rescript. col. 2. in fine, & in decis. 227. vide Corf. in sing. in vers. argumentum, in secunda parte, & Alex. cons. 85. col. fin. vol. 3. ibi, per omnes de con silio, quatenus hic dicitur, quod hypothecaria est indiuidua, Capic. decis. 173. dicit contrarium seruari in cons. quia etiam in hypothecaria remittitur clericus, & retinetur laicus, hic videtur contrarium dici; forsan posset saluari quando bona essent communia vt hic, secus si diuisa vt ibi; sed ibi non reperitur hoc, sed simpliciter loquitur, imo quia allegat Specu. relatum per Felin. in cap. 1. ver. primo, de rescriptis, vbi de fructibus viuentium in communione sentit, quod etiam si starēt in communione, quod non gaudebit non priuilegiatus propter priuilegiatum, & nota rationem, quod quando materia recipit diuisionem non gaudet, vel potest hic dici; quia si agitur ad pecuniam recipit diuisionem, vel respectu quantitatis vel respectu rei, vt si omnia bona sint adiudicata, potest adiudicari vna pars quæ spectat ad laicos pro toto debito, & quia datur electio creditori iuxta legem Moysis de iure fisci, & sic illa est verior decisio. ibi, extendit ad consortes, dic melius quod ista hypotheca est concessa ratione obligationis bonorum quæ est indiuidua, l. quamdiu, C. de distract. pigno. & ideo causa quæ est communis pupillo, & maiori debet agitari cum iudice pupilli, & sic maior gaudebit beneficio pupillari, ita pulchrè Soc. cons. 82. col. 6. ver. nona conclusio, vol. 3. vide addita ad decis. Capic. 173. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 213.

AD istam decisionem adde Affl. in constitut. obscuritatem, num. 18. vbi ponit unam notabilem quæstionem, An priuilegium priuilegiati porrigatur ad consortes. Bald. consi. 370. vol. 5. ibi, & fuit conclusum. vide Capicium decis. 173. qui tenet contrarium, & verius est.

An beneficium concessum minori concedatur alijs litis consortibus, qui sunt maiores. *Prosp. Carau.*

In Decis. 213.

IN princ. Vide omnino eundem in const. obscuritatem, col. 6. vers. decimoquarto quæro, num. 18. vbi latius & melius refert hanc quæstionem, & ibi etiam subnectit aliam quæst. quòd si agitur istis tribus remedijs pro debito contra hæredes debitoris, inter quos est vnus infans, qui non est citatus legitimè, quod si iudex interponit decretum, assistentiam esse præstandam pro debito petito, an decretum dicatur nullum respectu infantis. Et adde, quod si clericus, & laicus essent obligati, ratione clerici ambo conueniuntur coram Episcopo, vide Roch. de Cur. in suo tract. de iure patr. in ver. ius, 7. col. vers. facit etiā, vbi infinitas quotas allegat, & vide Ias. l. imperium, 4. col. vers. secato facit, ff. de iurisd. omn. iud.

In ead. decis. num. 3. ibi, Quod de connexis. Vide infra decis. 227. *Marcus Anton. Puluerinus.*

In Decis. 214.

IVDAEVS in iudicio non probat contra Christianum, secus in cōtractibus, idem in excommunicato, quod nec poterit testari contra Christianum, etiam si esset effectus Christianus, ita Hippol. singul. 107. Adde quod sicut non potest esse testis contra Christianum, ita nec ei potest deferre iuramentum in litem contra Christianum, nec in supplementū, Hippol. sing. 40. seu 41. & 47. vide Bologn. consil. suo 42. col. 4. vbi aliter tenet. Ibi, & Ioan. de Anan. in dicto cap. cum sit, de Iudæis, vide And. de Isern. in constit. si quis in posterum, col. pen. vide Aymon. consi. 73. vol. 1. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 214.

IVDAEI non possunt esse testes contra Christianos in iudicio, nisi in casibus ibi notatis. *Prosper Carauita.*

In Decis. 214.

NVM. 1. ibi, Fuit dubitatum. Adde nouissimè Ioan. Crotum in suo tract. de testib. 4. p. ꝓ quęst. principali, & ibi tribus modis limitat, & And. in constit. si quis in posterum, versi. Iudęi, circa finem. *Marcus Antonius Puluerinus.*

In Decis. 215.

QVATVOR ex pluribus obligatis insolidum conuenti, & simpliciter condemnati intelliguntur pro rata omnium obligatorum, non autem in totum, vide Corn. cons. 71. in primo dubio, vol. 1. ibi, pro rata nō teneatur, idem est in saluo conducto, quia in dubio ad Principem recurritur, Dec. plenè cons. 51. in fine. ibi, licèt dictus Princeps potest interpretari, & corrigere sententiā suam, iudex autem potest testificari coram alio iudice de intentione animi sui quando in sententia protulit aliquod ambiguum verbum, Decius cons. 43. col. pen. vide Alex. cons. 30. col. fin. vol. 1. vide Abb. in capit. afferte, de præsumptio. col. 2. vbi sentit quod retractatur sententia, & per consequens non potest declarari per iudicem, vide to omnino Alex. cons. 11. volum. 7. ibi, & sic facta, vide Ias. post Aret. in l. quicquid astringendę, col. 21. in princ. ff. de verbo. oblig. & nō potest nisi semel declarare in fine col. in princ. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 215.

ADDE Paul. de Cast. consil. 226. volum. 2. nume. 4. ibi, illi quatuor condemnati, vide Guido Papa singul. 861.

Quando plures sunt in solidum obligati, & non omnes

omnes conueniuntur creditores conuenti condemnati, intelliguntur etiam condemnatos pro rata nisi expressè in sententia fuerit dictum. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 215.

De ratione huius decis. vide text. in l. reos, §. eosum in tabulis, ff. de duob. reis, vbi colligis rationes huius decis. quem vide, & vide Corn. cons. 237. vbi notab. casus, & vide Paul. de Castr. cons. 226. primo quo quæritur, et vide Crau. cons. 288. vbi de materia huius decis. & l. 1. C. si plures vna sententia. vide supra decis. 209. *Hieron. de Mart.*

In Decis. 215.

In princip. Vide omnino eundem Matth. supra in decis. 142. incip. Quidam creditor, & adde Ioan. Petr. de Ferrar. in sua pract. in form. libel. cont. plur. reos deberi, in glos. in ver. beneficio, & Ias. l. non solum, §. morte, col. 27. circa fin. ff. de oper. noui nunc. *Marc. Anton. Pulu.*

In Decis. 216.

Vide Capie. decis. 81. licèt post didicita testificata non possit articulari illud idé quod fuit positum vel contra articulos aduersarij, tamen minor & alij possunt idem in noua instantia, vide alium casum in decis. 266. in fine. vide quando admittantur testes post publicatum per Alexand. consil. 223. in fine, vol. 1. secundo vide alium casum quando post conclusum in causa possunt produci testes ad probandum inno cétiam in iudicio criminali, l. vnius, §. cognitum, de quæstionibus, per Aret. cons. 80. in 2. col. & de materia quando post conclusum admittātur testes, vide plenissimè Marsil. in l. 1. §. si quis vltimo, ff. de quęsti. & sing. 23. ibi, contra istam regulam, & vide eundem Afflic. in constitu. Iurisperitorum, vbi latè. vide in minore per Socin. cons. 100. vol. 4. vbi etiam quid si maior vtetur priuilegio minoris, vide casum quando sit licitum post didicita testificata recipere testes super eisdem articulis per Hippol. sing. 66. vide alium per eundem Hippo. sing. 128. ibi, quod minor, ecclesia, mulier, vide Isern. in cap. Imperialem, §. preterea si quis infeudatus, in fine, de prohib. feudi alien. per Feder. vbi dicit, q ad pinguins probandum vel dandi articulos non restituitur, vide omnino ibi, de contraria, vide Paris. in cap. fraternitatis, in quarta limitatione, extra de testibus, quod contraria opinio est vera, nisi cōsuetudo infallibiliter sic haberet, vt hic. ibi, fuit pars admissa, vide Alex. consil. 16. volum. 1. in fine, vbi dicit de probatione oculorum, & Soc. cons. 2. col. 2. in nouis. ibi, causa in fidem probationis, adde q si pars petit publicari, & assentit publicationi, non potest vlterius examinare testes, licet non didicerit testificata, Io. And. in cap. constitutus, in fine, aliàs lo fin. extra de test. Alexand. cons. 83. in princ. vol. 1. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 216.

Non licet etiam in causa appellationis idem articulare, quod in prima instantia.

Regulariter noua iura debent esse contraria primis, fallit ista regula. Nam sunt aliquæ personæ priuilegiatæ, quæ possunt ponere illud idem in dictis iuribus. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 216. in princ.

Adde Lanfranc. in sua pract. in verb. testium, fol. 9. vbi istum articulum latè disputat, & admittitur post publicatos testes quando proponitur quod initio cogitare non potuit, vide Aymon. cons. 74. num. 4. in verb. semper fuit practicatum post publicatum testes recipi non prohibentur quando fuerūt examinati super articulo, quod res valet centum. si post publicatum pars aduersa tradat alium articulum quod valet 150. q nihilominus testes debēt examinari, & puta in causa liquidationis, ita in specie determinat Guid. Pap. cons. 585. testes fuerunt &c. in uerb. item fuit practicatum in cons. Adde casum, in quo admittuntur articuli de directo contrarij inter easdem personas in petitorio de directo contra decis. Rot. in nouis 437. refert & sequitur in cap. veniens, num. 19. de testibus . . . . vide Felin. in cap. cum clamor, in 2. col. de testib. et hoc videtur verum sic repulsa quoad personam, secus quoad dictum, vide Parid. in cap. fraternitatis, num. 71. & per eundem Afflict. supra decis. 33. & in constit. Iurisperito. in septima limitatione. *Hieron. de Mart.*

In Decis. 216.

In princ. ibi, Tamen contra istam regulam dantur plures limitationes, Adde eundem Matth. plures alias referentem in constit. Iurisperitorum, 2. & 3. col. vbi sexdecim refert. *M. Ant. Pulu.*

In Decisione 217.

Conventus interdicto recuperandę ex proprio facto non potest euitare iudicium nominando dominum, secus si nō ex proprio facto. ibi, quia de delicto nīquid iste nominatur si sit clericus possit iudicium declinare, dic quod sic, ita post Ioan. Andr. in capit. quoniam frequenter, §. quod si super, vt lite non con test. tenet Soc. cons. 91. vol. 3. col. 8. in nouis, & quod is qui nominat alium in dominum debeat absolui, tenet Decius consil. 62. col. 4. vbi omnino ad materiam vide. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 217.

Quando agitur contra aliquem respondentem se tenere, & possidere nomine alterius, an iudicium per hoc possit euitare. *Prosper Carauita.*

In Decisio. 218.

Decretum latum super bonis obligatis in totum est nullum, & missus in possessionem ex tali decreto non facit fructus suos, vide in decis. 318. in fine. ibi, not. Bald. in repetit. allegat etiam Alex. cons. 69. col. 1. vol. 3. ista iura allegat Bologn. cons. 33. col. 2. quod decretum latum ex falsa causa est ipso iure nullum. ibi, quod si missione facta quando debitor est missus in possessionem ex debito partim vero partim falso, est ipso iure missio nulla, secus si vero existente debito in plus missus esset. ibi,

super

ſuper bonis obligatis, vbi vide Soc.conſ.99. col.9. vol.1.ibi, vt ipſe, ſecus tamen eſſet in venditione facta ex pignore conuentionali à creditore virtute po teſtatis ſibi datæ in inſtrumento, quia licèt vendat rem valentem plus debito ſuo, venditio non retracta tur, ſed pretium quod excedit reſtituitur debitori, & hoc etiam procedit dato quod iudex conſentiret, & decretum ſuum interponeret, ita conſuluit quem refert Dec.in l.certi condictio, §.quoniam, col.2.ſi cer tum petatur.ibi, niſi authoritas iudicis, ad propoſitum conſuluit Soc. conſ.27. col.3. in fine, in nouis, quod ſi iudex habet iuriſdictionem in certis bonis, & in alijs nō, quod facta diuiſione ſuper omnibus in totum vitiatur ſententia, vide quæ dicit Capic. deciſ.51. Pondera ibi, miſſus in poſſeſſionem, quod ſi cœpit virtute pacti executiui, & petit adiudicari, & decretum eſt nullum, vide Afflict.deciſ.178.num.7. & videtur conſiderare, quod non requirebatur decretum adiudicationis, vide omnino in nu. 8.in fine, *Ioan. Ang. Piſan.*

Deciſio 218.

ADDE Crot. plenè in repetit.l. 2. §.ſed ſi mihi, num. 10.ff.de verb.obligat.ibi, ſed facta eſt in re ma iori, Barb.cap.quoniam, §.in alijs, nu.16. vt lite non conteſt. & vide infra deciſ.259.in fine.

Super aſſiſtentia, quando petitur aſſiſtentia debet peti ſuper bonis obligatis aliàs decretum eſt nullum.

Ibi, nec obſtat idem Grammat.deciſ.79. nn.19.

Facto decreto ſuper aſſiſtentia bonorum bona illa debent poſtea æſtimari, & poſtea adiudicari iuxta ſummam debitam. *Proſp. Carau.*

In Deciſ.218.

CIRCA princ.ibi, Alexand.in l.ſi non ſortem, §.ſi centum. Adde eundem in l.iuſtè poſſidet, col.4. ff.de acquir.poſſ.

In eadem deciſ.in fi. ibi, Et ille creditor non facit fructus ſuos illorum bonorum. Adde Grammat.deciſ.79.col.3.in fine, num. 13. vbi refert Afflic. & ipſum ſequitur. *M. Ant. Puluer.*

In Deciſ.219.

VIDE in deciſ.314.pendente lite in Curia Eccleſiaſtica Magna Curia poteſt cognoſcere de falſitate teſtium, Ibi, prius quàm in Curia Eccleſiaſtica fuerint teſtes accuſati Curia Eccleſ. nō prohibetur de eadem cognoſcere per proceſſum. Ibi, attēditur præuentio, ideo pulchrè conſuluit Socin conſ.237.vol.2.computatis conſilijs patris, quòd ſi Iudex Eccleſiaſticus cœpit cognoſcere de cauſa, & conuentus comparuit, quòd ſi iudex laicus cœpit cognoſcere eandem cauſam, quod ratione præuentionis poterit Eccleſiaſticus iudex inhibere laico, & excommunicare ne procedat in cauſa ipſa, & multa in ſpecie dixit, vide Ca picium deciſ. 7. Ibi, an ſit matrimonium, ſæcularis de matrimonio an cognoſcat, vide quæ latè deducit in deciſ.7. ibi, quia meliores teſtes haberet ſi laicus abſoluit, Eccleſiaſticus verò condemnet, aduerte ꝙ etiam in caſu matrimonij non puto iudicem ſæcularem debere ſe intromittere in aliqua cauſa quę haberet præiudicare petitioni latæ in Curia Eccleſiaſtica, immo abſque prohibitione debet ſecularis ſuperſedere, & ita in ſpecie conſuluit Alex. conſ. 65. prima col.in fi. vol.3. ioci p. Sed in cauſa, aliàs ver.ſ. ſed in cauſa matrimonij, & quia teſtes deponant de facto, non mirum ſi laicus poteſt ſe impedire. *Ioan. Ang. Piſan.*

Deciſio 219.

TESTIS falſus punitur per iudicem coram quo falſum teſtificauit, maximè quando præuenit.

Vbi duo Iudices, puta ſæcularis & eccleſiaſticus poſſent procedere ſuper falſitate prædicta, ſi culpabiles fuerint reperti, & pro iore iudex ſæcularis poterit eum punire pœna legali, & eccleſiaſticus pœna canonica. *Proſper Carauita.*

Super Deciſ. 219.

VIDE Barr. in l.Titia, ff.ſol.matr. Adde aliam deciſ. infra 230.& deciſ.2. *Hier. de Martino.*

In Deciſ.219.

IN princ. Sed quid ſi clericus deponit falſum coram iudice ſæculari, an poſſit puniri per ipſum, vide infra deciſ.230. *M. Ant. Puluer.*

In Deciſ.220.



REG. ſecundę renuociari poteſt, & tranſactio poteſt reſcindi ob læſionem vltra dimidium. Ibi, habuerunt caſtrum, Obligatus ad aliquid dandum non poteſt agere, niſi dēt, vide quæ dicit Soc.conſ.26.col.3. in nouis. Ibi, aliquid reſtitutura, in ver.& in l.Iolianus, iſta iura allegat ad hoc Alex.conſ.43. aliàs 18. 1.col.vol.1.& conſ.27.vol.1.in princ. Ibi, niſi quando iudex eccleſiaſticus, aduerte, quia ſi æquiparamus abſolutionem ab excommunicatione abſolutioni à iuramento, vt inferi Dec. in cap.qua fronte, ver.ſucceſſiuè, de appell. ſequitur quòd ſicut in abſolutione ab excommunicatione requiritur citatio partis, & tamen ſi omittitur non vitiatur abſolutio, quod pariformiter abſolutio à iuramēto, in qua requiritur partis citatio, quod ſi omittatur tenet abſolutio, dico in hac abſolutione habilitatiua ad effectum agendi vel excipiendi, & hoc de plano procederet ſecundum primam practicam, nam etiam in periurio incurſo fiebant abſolutiones parte non vocata, ſed cum hodie Papa Paulus III. incurſo faciebat abſolutiones, niſi parte ſaltem extraiudicialiter monita ceſſat iſta conſideratio, bene tamen crederemus, quod ſi citatur pars, & fit abſolutio, & dicatur de nullitate abſolutionis, quod iſte articulus eſſet remittendus ad iudicem eccleſiaſticum, ſicut dicimus in abſolutione ab excommunicatione, per Felin.in cap fin. verſ.nota, extra de except. adde tu, quod in 11. Octobris fuit latum decretum ſub his verbis in cauſa Magnifici Iulij de Scortiatis cum Illuſtriſſimo Principe Biſignani ſuper exceptione nullitatis abſolutionis, vt latius in actis referente Domino Ianuario Viceprothonotario, & Conſiliario cum voto, quod articulus validitatis, vel inualiditatum, ſeu nullitatis abſolutionis à iuramento remittatur ad iudicem eccleſiaſticum, & quod procedatur ad publicationē petitam per dictum Dominum

Iulium

Iulium actuarius Ang. Ciſa. in cap. fin. ver. nono, extra, de exceptio. Decius in dicto cap. qua fronte, verſi. prædicto. aliàs in ſacro Conſ. 2. Octobr. 1499. fuit decretum, quod facta querela de ſtupro, & per depoſitionem principalium fuit ortum dubium de validitate matrimonij, quod articulus matrimonij remittatur ad iudicem eccleſiaſticum, & inquiſitus remaneat carceratus fuit in cauſa cuiuſdam Paulini de Angria, vide votum penes Saponum liber. nunc eſt penes Cæſareum Secretarium Sacri Regij Conſilij. Ibi, & abſolutio ſit ſubreptitiæ Sacrum Conſilium cognoſcit de ſurreptione reſcripti, vide Philip. Francum in c. dilecto, in quæſt. 28. extra, de appell. Socin. conſ. 99. col. 12. in fi. vol. 3. Ibi, quod non poteſt allegari ſubreptio iurans non impetrare abſolutionem à iuramento debet abſolui à iuramento de non impetrando, aliàs nō poteſt agere, reperi poteſt non citata parte. Ibi, cōcluſio ſit ad effectum, aduerte, quia Bertr. conſ. 1. num. 125. vol. 1. & conſ. 114. & 193. vol. eo. tenet contra opinionem communem. Ibi, quod iurauit non petere abſolutionem die 8. menſis Octobris 1499. in cauſa Traiani Oliuæ cū Franciſco Sanctæ Crucis, & alijs ſuper aſſiſtentia petita pro eis, dotibus ſuper bonis in publicatione deductis referente Domino Iacobo de Bello Commiſſ. communi voto decretum eſt, quod attento q̄ in abſolutione obtenta per dictum Traianum, ideo decretum eſt obſtante iuramento, & alijs oppoſitis non eſſe procedendum, nec procedi debere in dicta cauſa hic fuit ...actuarius Vincentius Saponus. Ibi, per dictū Ladiſlaum, vide cumulatiſſimè per Aret. in §. præterea, Inſtit. de exceptio. col. 4. vbi numerat omnia. Ibi, vt voluit Bald. iſtam doctrinam Bal. refert & ſequitur Soc. conſ. 59. col. 4. in princip. in nouis, vide quia pulchrè loquitur. ibi, qui habet vim ſpecificæ de clauſula pro expreſſo, vide Dec. conſil. 137. & 142. vbi etiā multa dicit de ſubre. ibi, & periurus. periurus non poteſt abſolui à iuramento, niſi petita abſolutione à periuro, vide Soc. conſ. ſupradicto. ibi, quod generaliter, vide Ferra. in caut. 11. ibi, quia videtur renunciaſſe renuncians liti parte citata, videtur etiam renunciare cauſæ, & ibi per Alex. vide Alexand. conſ. 22. col. 2. vol. 1. *Ioan. Angel. Piſanellus.*

Deciſio 220.

IBI, item quia tranſactio. adde Dec. conſ. 477. num. 9. vol. 3. ibi, & allegabant Corn. conſ. 297. volum. 3. per totum. Alex. conſ. 130. vol. 4. num. 14. & conſ. 179. volum. 1. viſis in littera B. & ſequent. Dec. conſ. 19. num. 10. quod conſilium eſt inter 40. conſilia, Barb. in cap. 1. nu. 13. de prob. Corn. conſ. 291. in littera A. vol. 3. vbi, an ſufficiat offerre in iudicio, & conſ. 12. in littera A. eo. vol. vbi ille, qui vult agere ex contractu debet offerre, et admittere ex parte ſua, & conſ. 179. vol. 1. & conſ. 79. num. 17. eod. vol. & Iaſ. conſ. 41. vol. 3. in princ. ibi, immo ſi fuiſſet iurata, vide Deci. conſ. 180. col. 6. qui videtur tenere contra Alex. ibi, dicebat aduocatus, Alex. conſ. 66. nume. 14. vol. 6. an per actum nullum perpetuetur iuriſdictio, & an conteſtatio litis non rectè facta operetur aliquem effectum, & interrumpat preſcriptionem, Barb. in capit. venerabili, num. 26. ff, de offic. delega. Caſſan. conſ. 1. parte 4. vbi multa. ibi, tamen ſi ſummo Pontifici, & ibi, omnia & ſingula vera eſſe, ſi citatus non venit, nō eſt perpetuata iuriſdictio, Barba. in cap. nemini, de offic. delega. vbi multa, & cap. venerabili, num. 12. cum ſequent. eod. tit. Caſſ. conſi. 21. nume. 12. ibi, ſexto dubitatum fuit. citatus non inducit litis pendentiam, ſi nuncius non retulit, Felin. in cap. illud, num. 11. in fine, de præſcript. ibi, & dicitur lis pendere. lis quando dicitur mota, Bal. conſ. 150. caſus, col. 1. in fine, in antiquis, vol. 2. vbi pulchrè loquitur, exceptio litis pendētiæ, an & quando obſtet, & quid ſit, Soc. conſ. 38. incip. Per deciſ. prædictā, ver. primo probatur, cum ſequen. char. 73. vol. 1. & Felin. in capit. exceptionem, num. 41. de exception. Georg. Nattæ in repet. Clement. ſæpe, fol. 6. in princip. de verbor. ſignific. Luc. de Pen. in l. 3. column. 6. de proxi. ſacr. ſcrin. lib. 12. in princip. vbi plenè, Guido. ſingul. 826. Alexand. conſ. 8. not. 2. vol. 4. Lancellot. plenè in l. vbi cœptum, ff. de iud. in fine, & vide multa nota. in deciſ. 366. ver. ad hoc reſpondetur, & Albert. Brun. conſil. 98. in fine, & Afflict. quæſt. 488. iurans ſi petit abſolutionem à iuramento, non dicitur venire contra iuramentum, Abb. conſ. 8. volum. 2. num. 7. & adde Bertrand. conſil. 1. num. 127. vbi de effectibus, quos operatur abſolutio a iuramento, & ibi multa ad materiam, & an requiratur partis citatio, Hippol. ſingul. 629. vbi ſingulare dictum in hac materia, & vide quæ ſcripſi ſupra deciſ. 60. & Paul. de Caſt. conſ. 174. volum. 1. col. 2. vbi ponit, quod propria authoritate non poteſt quis venire contra proprium iuramentum, ſtante etiam dolo præſumpto ex parte recipientis iuramentum, qui dolus præſumitur ex enormi læſione. ibi, ſecunda ſubreptio eſt, vide Socin. conſil. 59. volum. 3. capio ſecundam difficultatem, Felin. in cap. conſtitutus, col. 7. de reſcrip. Dec. conſ. 142. col. fin. & conſ. 373. in fine, Bald. conſ. 52. vol. 5. vbi, vno iudice adito, poteſt alius adiri procedit, ſi iudicium nō eſt ritè inchoatum, & conſi. 517. poſt diuerſa reſcripta eo. vol. 1. colum. 1. & ad l. vbi cœptum, vide limitationem, quam ponit Petrus de Rauenn. in ſuo compend. iur. Canon. in tit. de homicidio, col. 81. in principio, & quando iudicium dicitur inchoari, idem Petr. in d. ſuo compend. in titu. de iud. colum. 1. & de materia l. vbi cęptum, vide Felin. in capit. ex tenore, in ver. vbi cœptum, de reſcript. & Barba. in cap. extra miſſa, de foro compet. & Aret. in l. ſi ex pluribus, in princip. ff. de leg. 1. & adde Albert. Brun. conſ. 54. col. 2. vbi perempta inſtantia non habet locum l. vbi cęptum.

Dolo futuro renunciari non poteſt.

Tranſactio iurata etiam quod fuiſſet dolo facta per iuramentum conualidatur, & etiam per ratificationem facti ex interuallo.

Quando impetratur abſolutio iuramenti ad effectum agendi, & oppoſitū fuit contra impetrationē.

Et ad effectum agendi etiam parte non citata concedatur abſolutio etiam ab epiſcopo, vide latè Guliel. Bened. in cap. Raynutius, in ver. duas habens filias, nu. 299. ſecus tamen ad effectum excipiendi, in quibus tamen caſibus concedatur abſolutio a iuramento, vide pulchrè, & plenè per Dec. conſ. 180.

num.3.uol.1. Limita tamen vt per Alber. Brunum, conf.46. nume.3. cum sequen. & Afflict.super decif.311.num.3. quomodo iuramentum fuisset incursum, & periurium,

Adde Cranet.ad materiam decif.conf.7.nume.7, & quid operetur absolutio ad finem agendi & excipiendi,

Nota circa absolutionem a iuramento, & quomodo debet impetrari, & quomodo apponi potest contra eam.

Per solam citationem dicitur lis pendere, aliqui tenent quod lis pendere dicitur lite contestata.

Periurus non potest petere absolutionem a iuramento, nisi petita prius absolutione a periurio.

Ratificatio contractus nullius ualidat ipsum, & tollit allegationem nullitatis. *Prosper Carauita.*

Super Decis.220,

AN in absolutione à iuramento requiratur causæ cognitio, uide Alexan.conf.71.in 1.vol.col.4.& Corr.iun.conf.43.col.6.in verbo, aggrediendum secundum passum. & Alexan.conf.212.2.uol.per totum. & an deceptus vltra dimidiam in transactione possit petere absolutionem a iuramento, uide Dec. conf.216.uol.2. & Caccialup.in tract.de transact. in 12.q.8.col. & plenius per Alex.in conf.42.1.uol. in uersf.quarto.an autem habilitatio à iuramento requirat citationem partis, vide supra decif.30.31.& hanc eandem conclusio. firmant Domini de Rota in decif.in tit.de iureiur.in antiquis,& Ioan.Calder.in tit.quod met.cau.cõs.1.& tit.de iureiur.cõs.6.& per Maria.Soc.conf.7.num.3.char.15.& adde Loffred. conf.12.num.16. quod requiratur citatio partis, & ea quæ not. in cap.qua fronte,de appell. num.18. & quando debet concedi, Cassiodorus in tit.de empt. & uendit. quid si notoriè appareat iniquitas iuramenti an dicatur periurus, Soc.consi.77.1.vol. Loffred. conf.12.& omnino Ioan. Dilect.in suis allegationibus, fol.137.& Doct.in l.nemo potest,de leg.1.in verb.& ista,num.10.in materia absolutionis a iuramento,uide not. consilium Sigismundi Loffredi per totum, ubi ponit multa, quæ possunt obijci contra absolutiones impetratas, ex quibus possunt colligi quæ requiruntur in petitione absolutionis a iuramento,& uide decif.Capp.Tholof.62. uersf.fuit per omnes dominos,&c. adde aliã decif.supra 199. absolutio à iuramento conceditur parte non citata, uide decif.Cappel.Tholof.62.In nu.13.quæro quando dicitur lis pendere, Paul.in l.si quis postea, ff.de iudi.& exceptio litis pendentiæ,& quando obstet,& quid sit, Soc.conf.38.in cap.exceptione,num.4.extra de exceptio. uide Bald. consil.1.ubi uno iudice adito,non potest alius adiri, quod tamen procedit si iudicium est incertum,& conf.517.incip. Post diuersa rescripta. Aretin.in l.si ex pluribus, de leg.1.& de hac materia,uide Felin.in c.ex tenore, in uerbo,lex, ubi cœptum, extra de rescript. & uide Albert. Brun. conf.54.col.2. ubi an perempta instantia dicatur lis pendere,uide quæ notaui in l.ubi cœptum, ff.de iudi. *Hieron. de Mart.*

In Decis.220.

IN prin.ibi, Et primo posito. Vide decif.5.nu.63. In eadem decif.num.2. ibi, Item quia transactio, Adde Iaf.in l.fratris,5.colum.in princ.ver.similiter, C.de transact. Dec.conf.216.visa transactione,& in consil.203.vt vera resolutio,3.col. versf. venio ad secundum dubium, vbi fœdere distinctionis concordat istas opiniones, & adde Grammat. in decif.66. col.12 in fi.ver.& minimè obstat exceptio latè examinaniem, & in sequent.

In eadem decif.num.9.ibi, Vtrum Sacrum Consilium. Adde quod Sacrum consilium potest cognoscere de absolutione subreptitia a iuramento, & idem in quolibet iudice sæculari, vide Felin. in capit.præterea, 9.colum. versic. quinto limita, extra de sponsal. & in capit.7.colum.6.versic.tertio quæro, de iureiur. & in cap.cum sit, col.4. versf.materia iuramenti, nume.22.de foro competen, Hippol.in singul.367.incip. Nemo, vbi vide omnino.

In eadem decif.num.50. in princ.ibi, Etiam parte non citata, vide Iaf.in l.si opus nouum, 3. colum. versf. adde quod absolutio, ff.de noui oper.nunc. & Felin. in d.cap.præterea, 8.col. ver.secundo limita, & col.9.versf.quinto limita, Hippo.in reper.l.de vno quoque,col.pen.ver.vlterius antequam exeam.ff.de re iud.Iaf.in l.nec quicquam,§.vbi decretum,col.9. versf.vltra supradicta,ff.de offic.procõs.Felin.in cap. constitutus,col.8. in fi.versic.generaliter,de rescript. vbi de potestate Papæ super iuramento.

In eadem decif. nume.11.in fi.ibi, Et non petere absolutionẽ etiam ad effectum agendi. Adde de ista clausula,vide eundem Matth.supra decif.30.in fine, Grammat. decif.66.

In eadem decif.nume.12.in fi.ibi, Sexto dubitatum fuit. Adde Grammat.vbi supra latè declarantem absolutionẽ impetratam à iuramento posse dici subreptitiam, & obreptitiam, ex multiplici capite, *Mar. Ant. Puluerinus.*

In Decis.221.

MVLIER assecurari debet super pecunia quæ ponenda est penes mercatorem,ibi argumento ca.per vestras, vide de intellectu dicti capituli Alexand.consil.80.in princ.vol.3.vide pro hac decif.Soc.consil.121.col.pen.vol.1. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 221.

ASSECVRATIO dotium super bonis mariti vergentis ad inopiam,seu super pecunia ipsi debita fieri debet.

Potest vxor assecurari etiam in pecunia. *Prosper Carauita.*

In Decis.221.

IN decif.221.in princ.sed an creditor pro peccata soluta, secundo creditori habeat hypothecam,vide supra decif.190.199.Gramm.in quæst.1.post decisiones. *Marc. Anton. Puluerinus.*

In Decis.222.

ROMITTENS dotem exigitur in solidũ, adde quod si mulier inops petierit dotem nondum consumato matrimonio, eo quia vult ingredi in religionem, maritus allegat se inopem,

pem, quòd mulier debet præferri, ita Hippolytus singulari 99. Ibi, nec tali beneficio, adde quod non modo istud procedit de consuetudine, sed etiam de iure communi quando essemus in matrimonio putatiuo, Decius consil. 153. col. 1. *Ioan. Angelus Pisanellus.*

Decisio 222.

Ad materiam hujus decis. Albertus Brun. consil. 89 & adde pulchram quęst. quam ponit Collec. decis. Cappel. Tholos. nu. 58 t. *Prosper Carauita.*

In Decis. 223.



Consuetudo si quis habet domum quæ vult posse fieri fenestrā in loco superiore extēditur ad locum inferiorem, contra hanc decis. fuit iudicatum in Sacro Cons. in causa Domini Matthæi de Afflicto cum illo de Campo Rotundo, referēte Domino Alex. Seuerino Commiss. vide Bertran. consi. 333. dura mihi videtur ista decisio, quia potest colligi ratio quare in l. cōsuetudinis sit statutum, quòd possit fieri fenestra in superiori, est quod fit leuior seruitus, secus est in inferiori, & ita considerat text. in l. seruitutes, §. stillicidium, ff. de seruit. vrba. præd. & pondera illam consuetudinē, quia loquitur quando de nouo dominus extollit solarium, & sic non est extendendum ad vetus ædificium, tamen secundum istam decis. videtur eadem ratio in nouo sicut in veteri. Ibi, quod licet in membro inferiori, vide quę dicit Cępolla ad intellectum §. stillicidium, in titu. de seruit. vrban. prædio. sub tit. de seruit. stillicidij, aduerte. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decis. 223.

Contra istam decisionem tenet Ioann. de Amicis consil. 1. in casu conuerso, vbi omnino vide ibi. Petere infra annum, istud ius petendi cedi potest, Paul. de Cast. in l. 1. §. fin. ff. de oper. noui nunc. nu. 5. Adde tamen, quod si venditio est facta sub cōditione, annus de quo in ista decis. & consuet. non incipit currere, nisi à die existentis conditionis, vt notat Alberic. & Guliel. in l. 1. §. annus. quando actio de peculio est annal. quos refert & sequitur Cępo. in l. homines, §. si sub conditione, ff. de ædilitio edicto, *Prosper Carauita.*

Super Decis. 223.

Vide Ioan. de Amic. consi. 1. col. 16. & 17. ibi, sed si esset, vbi limitat hanc decis. & glos. Neapoda. procedere quando extaret alius vicinus, qui habet domum iunctam cum domo vendita: & tunc non admittitur alter vicinus coniunctus cum horto, quia rusticus non trahit ad se vrbanum existente alio vrbano, & domino eius petente ius congrui: secus tamen est, quando tantum dominus rustici prædij petat ius congrui, quia tunc admittitur etiam in prędio vrbano, & ita intelligit hanc decis. prædictus Ioan. ibi, quem videas. *Hier. de Martino.*

In Decis. 223.

In princ. ibi, Est consuetudo. Adde quæ incipit, si quis emit domum, fundum, sed an via vicinalis in medio duarum terrarum impediat ius congrui, vide supra decis. 63. *Marc. Anton. Pulner.*

In Decis. 224. 25. & 26.



Contractus præsumitur celebratus secundum consuetudinem loci, vbi fit quo ad ordinem, secus quo ad executionem. Ibi, in l. quod si nolis, §. vide in decis. 28. vbi limitatur ista decisio, nisi sit diuersa cōsuetudo in ciuitate, vide pulchrum consilium Decij 19. vbi tractatur, quod in lucro dotis attendatur consuetudo, & statutum domicilij viri, & ibidem tract. materia l. hac edictali, C. de sec. nuptijs. vide omnino ibi, quod si pater recepit rem in emphyteusim, meminit Ias. vbi vide in l. omnes populi, col. 7. ff. de iust. & iure, & supra decis. 91. versi. bene tamen. & Ias. in l. si quis id quod, col. 4. ff. de iurisd. omnium iudi. Ibi, quod testator in dubio, adde notanter, quod si contractus est celebratus in vno loco, & mitti debet executioni in alio loco in quo seruatur ius diuersum, obseruabit ius municipij in quo est celebratus cōtractus, Bald. in l. 1. in 5. quæst. C. ne filius pro pat. etiam si mereatur executionem non de iure communi, sed de forma statuti loci in quo est consuetum, & idem Bald. in l. exemplo, col. fin. C. de probat. licèt in hoc vltimo contractu attentauerit Ias. vt per Cottā in suis memor. in verbo, instrumenta in vno loco. Ibi, intelligitur, vide omnino Bald. consil. 427. quærit vtrum hæres, vol. 3. vbi dicit, quod respectu decisionis causæ, & sic exactionis inspicitur domicilium viri: quantum autem ad libelli intentionem inspicitur domicilium hæredis. Ibi, inspicitur consuetudo loci, consuluit Soci. consil. 14. in princ. col. 2. vol. 2. in nouis, Ibi, debet seruari consuetudo. adde quod pulchrè dixit Salicetus in l. cunctos populos, de summa Trin. & fide catho. quod si quis contrahit matrimonium cum aliqua forensi, consideratur statutum ciuitatis in quo vir domicilium habet, licèt alibi fuerit contractus celebratus, per l. exigere, sed si maritus contracto matrimonio alibi domicilium transtulit, & ibi vxor mortua est lucrum dotis deferendum est marito secundum statutum loci illius in quem domicilium transtulit, sequitur Alexan. consi. 101. vol. 5. & de hac materia vide multa pulchra per Crotum in l. si is qui pro emptore, in 2. 4. & 8. col. ff. de vsucapio. ibi, domicilium viri quando celebratur contractus in loco viri, vel in territorio inspicitur consuetudo viri. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 224. & 225.

Fenestra si est cum cantonibus, vel cum cancellis ferreis claudi non potest nec debet. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 225.

Vide Capp. in tit. de venat. in tracta. de seruit. vrb. præd. vbi multa ad materiam. *Hier. de Mart.*

In Decis. 226.



Ibi, per dictos Doctores contractus secundum consuetudinem loci intelligitur, vide omnino Decium, in l. semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris. Barbat. consil. 63. num. 10. volum. 1. & consi. 4. volum. 3. nume. secundo.

Quæ consuetudo sit attēdenda, an loci vbi fit con tractus matrimonialis, an loci vbi solui debet dos, et nota quod consuetudo loci, vbi solui debet dos est attendenda in dote tantum, in alijs verò rebus vbi effectus est contractus.

Contractus semper interpretatur secundum consuetudinem loci vbi celebratus est. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 226.

CONTRACTVS secundum consuetudinem loci intelligitur, vide omnino Dec. in reg. semper in obscuris, ff. de reg. iur. Bart. conf. 63. num. 10. et consil. 4. nume. 3. quando stipulatur contractus dotis in ea repetenda consuetudo regionis ipsius attenditur, Dec. conf. 19. in verbo quare nobis, vide Docto. in l. cum quædam puella, ff. de iurisd. omn. iud. & Dec. conf. 19. *Hieron. de Mart.*

In Decis. 226.

IN decis. 226. num. 1. ibi, Quæritur. Adde Ias. in l. cunctos populos, 14 col. in fi. cum sequen. C. de sum. Trinit. Dec. in consi. 119. & pro tenui facultate col. 1. & conf. vlt.

In eadem decis. num. 2. ibi, Nam in contractibus. Adde Felin. in cap. cum M. de constit. col. 3. vers. nota quarto, & c. ex litteris, col. 5. vers. septima & vltima declaratio, de fid. instrum. & Ias. in l. certi condictio, §. si nummos, colum. 3. vers. tertio notò. ff. si cer. petat.

In eadem decis. nume. 6. ibi, Per text. in l. exigere dotem. Ad huius leg. intellectum, adde Dec. conf. 283. & diligenti, col. 5. vers. venio ad secundum dubium. *Marc. Anton. Pulnerinus.*

In Decis. 227.



ICET iudex delegatus non cognoscat de non expressis in commissione, fallit si aliquid venit in consequentiā sicut euictio, vide infra decis. 396. si committitur sub titulo de causa poss. & propriet. ibi, tangitur dubium an iudex datus super proprietate vel è contra possit cognoscere de posse. vel è contra per Abb. in cap. 1. col. 3. de seque. pos. & propriet. & Fel. in Rubr. de re iudic. col 4. adde quod idem est in clerico vendente, quia tenetur defendere emptorē in foro sæculari, vt per Abb. in cap. fin. extra de emptio. & vend. reassumpsit Decius in l. venditor, de iudic. videas omnino Aretin. in §. actionum, col. 12. Instit. de actio. vbi dicit, quod potest clericus declinare forum dicens illud seruari tbi in apostillis, sed quod clericus teneatur consuluit latè Soc. conf. 91. vlt. dubio in nouis, vide omnino si coram delegato in vno articulo, & non in tota causa possit peti restitutio in integrum, per Ias. conf. 200. col. pen. versic. 2. & notabilius, vol. 2. ibi, illum authorem, vide Marianum in tract. de lit. contest. in cap. quoniam frequenter, §. si super, in sexta quæstione, vide etiam multa ratione connexitatis cumulata per Hippo. sing. 251. ibi, extendit ius in connexis extendit ius exorbitans. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 227.

IVDEX delegatus an & quando possit reslitter citare, vide Petr. de..... conf. 193. Guid. Pap. cons. 45. nume. 4. ver. nec obstat, & quæst. Tholosana 379. & addition. ad Felin. in cap. veruio, num. 9. de foro compet.

Ibi, tamen in contrarium, vide Capic. decis. 197. vbi an clericus author laudatus possit laudare forum suum, seu declinare, vide plenè Hippol. in l. 1. §. Diuus Adrianus, 2. col. ver. & horum ratio est, ff. de quæst. & singul. 251. & Fran. Niconit. in cap. quoniam contra, extra de proba. Bald. conf. 124. nume. 24. cum sequent. an delegatus possit punire testem coram eo vacillantem, Barb. in cap. peruenit, col. pen. extra de fideiuss. & multa vide quæ scripsi, infra decis. 229. quæ sunt ad materiā delegatorum. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 227. in verbo, & sic hæc citatio.

VIDE plenè per Hippo. in l. 1. §. diuus Adria. in 2. col. in verbo, horum ratio est, ff. de quæstio. & in suis singula. 251. vbi consectum idem est iudicium, Marant. in Specul. quint. membr. fol. 107. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 228.



QVANDO testes accusantur de falso in quibus consistit iudicium impeditur causa ciuilis, aliàs secus, vide in decis. 103. vide etiam quæ scripsi ad Bart. in l. qui testamentum, ff. de peti. hæred. & vide Losfred. conf. 16. quid autem si essemus in causa feudali, videtur quod tanto minus esset supersedendum, ex quo non potest fieri translatio iuris feudi sine assensu regis, nam per confessionem dictæ falsitatis feudum transferretur in aduersarium ex aduerso videtur tex. in capit. fin. de falsis, vbi probatur quod dicta falsitas inducit amissionem causæ etiam in feudalibus, nā ibi in beneficialib. ita fuit quæ non possunt sine assensu superioris transferri, vt in c. admonet c. qui, de renunciatio. sed dic, q̄ ille tex. procedit ex vi pacti sine obligatione facta coram ordinario, qui potest recipere renunciationem litis non tantum, sed iuris, vt in dictis capitulis de renunc. & ita ibi intelligitur, Ioan. de Anania in 3. not. & latius Rota in nouis, in 4. de renunc. decis. 3. quæ incip. Si actor, ex quo infertur ad causas vertentes in Sacro Consilio, & in Regia Camera, quia non possunt recipere renunciationem, secus si coram Prorege qui posset recipere, vide tu quæ scripsit Purp. in l. post quam liti, char. fin. col. 2. nume. 208. cum sequen. C. de pact. in causa Federici de Sancto Blasio de Nerhono, cum Domina Maria de Sirillazio, & Federico de Carigio super falsitate opposita, referente Domino Petro Oliuerio, die nono Iulij 1507. fuit decretum quod procedatur in causa non obstante falsitate opposita, & quæ relata die secūdo Decembris 1509 in causa Angeli de Alex. de Montorio de Capua, cum Francisco Salomone fuit decretum, quod procedatur ad expeditionē causæ ciuilis non obstante exceptione, & accusatione falsitatis, citra præiudicium iuris competētis, dicto Francisco super prosecutione dictæ causæ falsitatis, actuarius Ruta Capic. decis. 5. col. fin. videtur concludere, quod retra-

ctatus

datur condemnatio, sed non processus, vide latius per eundem Capic. decis. 25. & Grammat. decis. 60. *Ioan. Angel. Pisan.*

Decisio 228.

PETITIO hæreditatis non datur contra titulo possidentem, vide Baldum consil. 404. incip. Quid debet probare agens, ultimo lib. ubi eleganter declarat. & Socin. in suis fallent. in regul. 14. & de limitatione hic posita, quando titulus est quæsitus post mortem, vide Cottam in suis memor. in ver. hæredi petit. & Roman. sing. 340. ubi dat aliam limitationem. Barbat. consi. 65. vol. 2. omnino Alexand. consil. 154. vol. 5. In eadem, ubi post mortem. & vide supra decis. 119. ubi pulchrũ dubium. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 228.

PETITIO hæreditatis non datur contra titulo possid. vide Baldum consi. 404. incip. Quid debet probare agens. & Corn. cons. 278. incipien. In causa vertente, col. 4. & Socin in suis fallent. reg. 14. & de limitatione quando titulus est quæsitus post morte, vide Rom. sing 340. ubi dat limitatio. & vide Alex. consi. 184. vol. .. & Barb. consi. 65. *Hieron. de Mart.*

In Decisio. 228.

IN princ. ibi, Non datur contra titulo possidentem. Adde Ias. in l. 1. colum. penult. versic. ex ista tamen, C. de inoffi. testam. limitantem decem modis, Aret. in §. sed iste, col. 9. vers. secundo principaliter, de action. ubi tenet expresse contra illam limitationem, videlicet quando titulus fuit quæsitus post mortem illius de cuius hæreditate agitur, & vide eundem in §. actionum, col. 40. in princ. de actio. ubi late examinat. Item limita singulariter, ut per Roma in singul. 340. incip. Regulariter. & adde quod sufficit in petitione hæreditatis probare quasi possessionem filiationis, vel fraternitatis, ut in decisio. supra 25. & vtrum agenti petitione hæreditatis obstet exceptio præscriptionis triginta annorum. vide infra decis. 319. in primo dub. *M. Ant. Pulu.*

In Decis. 229.

PETITIO hæreditatis non datur cõtra titulo possidentem, nisi titulus sit quæsitus post mortem, vel sit nullus, vide unum verbum Alexand. cons. 33. vol. 3. vide omnino Ferrat. caut. 133. vide Cottam in dictio. hæredit. petitio, qui videtur tenere cõttarium. Ibi, ut bene firmat, Idem tenet Alex. cons. 90. alias 80 4. col. in fi. vol. 2. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 229.

AD istam decis. vide supra decis. 103. & Matth. in constit. similiter agens, in prima glos. & Albert. Brun. cons. 16. num. 6. vol. 2. Delegatus ab inferiore post litem contestatam nõ potest realiter citare, nisi sit ad universitatem causarum, vel debitor sit suspectus de fuga. Bologn. in additio cons. Ioan. de Amicis consi. 53. Hippol. in l. si quis, col. 21. ff. de quæst. & an possit iudex delegatus capi facere partẽ. Paul. de Cast. in l. cum proponas, C. de bon. author. iudi. possid. & plene Hippol. in sua practica crim. in glos. In ver. occurrunt, num. 77. char. 78. & nota, quod delegatus ad causam non potest præstare authoritatem exemplationi instrumenti, etiam si instrumentum faciat ad causam. Petr. de Rauen. in titu. de instrum. ed. ioll. fol. 102. col. 3. Adde tamẽ circa istam decis. quod hodie ipsa est superflua, quo ad casum suum, cum dubium in eo positum sit sublatum, per Pragmaticam nouam incip. Raymundus. ubi dispo nitur, quod procedatur super vtraque causa quandocunque proponatur accusatio falsi, sed illa non fuit tempore Afflicti, nec vidit eam, prout test. sine Troiscus in pragm. testem falsum. in ver. pœna falsi. & ita etiam hodie servatur. de quo etiam vide Grammat. decis. 60. in fine. *Prosp. Carauita.*

Super Decisio. 229.

VIDE eundem Matth. in cõstit. si ciuiliter agẽs, in 1. glo. Abb. cons. 26. num. 6. ubi an accusatio falsorum testium suspendat instantiam causæ principalis, an autem exceptio falsitatis impediat instrumenti executionem, vide text. in l. si fatis apertum, C. de fals. & Barba. consil 43. nume. 14. & Iacob. in l. circa eum, num. 12. in fine, ff. de probatio. & uide aliam decis. supra 103. & pragm. incip. Raymũdus. *Hier. de Martino.*

In Decis. 229.

IN princ. Adde eundem Matth. supra decis. 503. incip. Si agitur ciuiliter. & vide omnino pragm. Regis Ferdinandi, quæ incipit Vniversis, & singulis, char. 263. et sic dicta pragm. determinat hanc quæst. & miror, quod Matth. non allegat eam hic, & vide eundem in constit. si ciuiliter agens, col. pen. in fine, vers. vtrum in causa crimin. & Grammat. decis. 60. col. antepen. *M. Anton. Paluet.*

In Decis. 230.

IVDEX laicus nõ potest punire testem clericum deponẽtem coram se falsum. ibi, secunda fuit, ista opinio est communis, ut per Capic. decis. 5. col. fin. ibi, sequitur, vide quæ ponit Alexand. cons. 8. vol. 1. ibi, Domini de Cons. hanc opin. sequitur Lucas in l. nullus, col. 2. C. de veteri. lib. 12. ubi dicit, quod priuatio bonorũ debet fieri per clericum iudicem. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 230.

AD materiam vide omnino Iacobin. in l. quæsitum, num. 3. ff. de testi. ubi ponit nouũ & pulchrum dictum, si clericus productus in testem accusatur de aliquo crimine, quod iudex cognoscat de illo crimine ad effectum repellendi, non autem puniendi. & quid si clericus præsentat scripturam falsam coram iudice sæculari, an ex hoc detineri poterit, Luc. de Pen. in l. nullus, col. 2. de veter. lib. 12. ubi ponit multa, vide per Stephanum de Aufre. in repet. Clement. ut clericorum, quæst. 7. de officio ordinar. & an possit citari per nũcium proprium eligendo quẽ noluerit, vide Petr. de Rauen. in suo compend. iur. Canon. fol. 209. in tit. de officio delegati, col. 4. Quid si clericus pro saluando honore patris committeret falsum? Paul. de Cast. cons. 371. 1 vol. in fine. qualiter autem testis falsum deponens coram iudice possit puniri, vide Alex. consil. 35. num. 7. vol. 2. & nouell.

uell. pragmat. editam Neapoli per Carolum Quintum, anno 1536. incipiente. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 230.

De materia huius decis. vide Iacob. in l. quæsitum, num. 3. ff. de testi. vbi dicit, quod si clericus productus in testem accusatur de aliquo crimine iudex sæcularis cognoscit eum ad effectum puniendi, sed ad effectum vt eum repellat à testamento, & quid si clericus præsentat falsam scripturam coram iudice laico, an possit ex hoc detineri, vide Luc. de Penha in l. nullus de veteranis, col. 2. C. lib. 12. & de materia ista, vide Guid. Pap. consil. 45. nume. 4. verb. nec obstat, & quæst. Cappel. Tholos. 379. Felin. in capit. terum, num. 9. de foro competen. Capie. decis. 5. nume. 3. Mar. in suo Specul. fol. 75. vbi duodecimus actor, Ias. in l. 1. §. qui mandatum, ff. de officio eius, & ille quid in delegato, & quid in arbitro. qualiter autem testis deponens falsum possit puniri per eundem, uide Alex. cons. 35. *Hiero. de Martino.*

In Decis. 230.

In princip. Adde Ias. in l. 1. §. fin. col. pen. circa princ. ff. de officio eius, & quid è contra si laicus deponit falsum coram ecclesiastico, vide supra in decis. 209. in foro omni. Lanfranc. in c. quoniam contra, in ver. confessiones, col. 2. in fi. & seq. de probat. Hippol. in l. 1. §. præterea, col. 8. vers. quæro etiam an testis, ff. ad l. Corn. de sicar. Felin. in cap. præsentiū, col. 2. in fi. vers. in glos. i. de testib. & in cap. verum, col. 3. versic. contra clericum, de foro compet. & an delegatus possit punire testes falsum deponentes coram se, vide Felin. in capit. de causis, col. 6. circa fin. vers. quærit hic Abb. de officio deleg. *Marc. Anton. Puluerinus.*

In Decis. 231.



Quamvis condemnatur in expensis & appellans debeat prius reficere expensas, & postea in causa procedi, tamen in causa reuisionis in cons. non tenetur reficere expensas nisi in confirmatione ipsius, crederem tamen quod si appellās esset pauper taliter quod non possit expensas soluere, quod non haberet locum pragm. vt colligo ex notab. Cremen. 121. vide Marsil. not. vlt. pro ista decis. facit ritus incipiens, item si cōiugat, char. 98. col. 3. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 231.

Illi qui in causa principali nihil posuerit, vel probauerit, & condemnatur ad expensas, & condemnatus appellat, non proceditur in appellatione nisi refectis expensis. *Prosper Carauita.*

In Decis. 231.

Num. x. ibi, Non tamen fiet exequutio. Adde quod de hoc est Ritus M. C. incip. Item si contingat, sub Rubr. de appel, & supplicat. char. 229. & miror, quod auctor non fecit mentionem; & adde eundem in præludijs const. Regni, 10. quæst. 2. col. circa fin. vers. quarto differt, & vide in decis. 358. in fine. *Mar. Anton. Pulner.*

In Decis. 232.



Redditor potest sine assensu remittere obligationem feudi quam habet, quia dicitur augere feudum; vbi etiam in hac decis. quando prohibitus donare videat prohibitus remittere. ibi, eadem solennitas quæ requiritur in conficiēdo actum requiritur in permutando, vide an consensus qui requiritur in contrahendo requiratur in dissoluendo, tetigit Ias. in l. omnium, col. 3. C. de testamentis, remissiuè Claudius in Rubr. de aequit. poss. vide Afflict. in consti. Regni constitutionem, col. 5. in ea ibi, qui habet feudum non potest remittere aliquod ius feudale; feudatarius non potest aliquod ius feudale remittere, in eadem ibi, quod idem dicebat Bartho. de Capua, vide latius articulum diffusum in decis. Capic. 156. & per Loffre. in sua paraphrasi, char. 57. col. 4. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 232.

Isti, prima facie, adde text. & ibi Bart. in l. iubemus, C. ad Velleia. vbi, remittere hypothecam non est aliud nisi donare, Bald. consi. 341. num. 4. vol. 1. vbi ponit rationem, & vide eundem Bart. in l. Mœuia. §. fin. ff. sol. matrim. vbi qui renunciat hypothecæ contrahit, vt dicit Neap. in consuetud. si mulier, & constitutio Regni prohibet omnem contractum, ergo & e. item prohibet commutationem de persona ad personam, sed his non obstantibus in augmentum feudi potest fieri, Fulgos. consil. 316. statutum quod mulier, & glos. in cap. Iudæi. 28. quæst. 1. vbi filius Iudæi liberatur per baptismum à patria potestate, tamen si est vtile esse in potestate paterna remanebit in patria potestate, & ad hoc multa similia allegat Barb. in Rubr. de reb. eccles. non alien. in 2. & 3. fallent. & pro hoc est tex. in d. constitut. constitutionem, & est text. in cap. 1. & ibi Afflict. de prohib. feud. alienat. per Lothar. 4. col. & pro validitate huius renunciationis allegabam quod transactio siue remissio super alimentis futuris licet non valeat sine decreto, intelligitur si debeantur ex vltima voluntate, secus si inter viuos, Doct. omnes, & maximè Lancellot. in l. de alimentis, de transactio. & vide aliud dictum Alberici relatum . . . , Lancellot. Gall. in repetit. Rubricæ col. 50. de verbor. obligat. & pro ista opinio. mea vide omnino Iacobum de S. Georgio, in tract. de feud. in vers. & cum pacto, de alienando, num. 7. sed contra hanc decisionem facit text. in argum. l. cum hi, §. si vni, vēr. nam pignus, ff. de transact. vbi sicut minor non potest alienare bona immobilia sine decreto, vt in tit. ff. de reb. eorū, ita non potest renunciare hypothecæ, quam habet in bonis immobilibus sine decreto, sed solue, vt in ista decis. dicitur in fi. versic. sed si tertius, quia prædicta procedunt, quando minor renunciat vel feudatarius, secus quando tertius ad vnum feudum renunciat.

Adde tamen quod vidi dubitari, si fiaret secūdogenitus renunciat vitam & militiā primogenito sine assēsu Regis, an valeat? allegabatur valere, quia fuit facta in proximo successurum, cui post mortem secundogeniti erat vita & militia consolidanda, vnde non erat alienatio, cap. 1. §. etsi clientulus, de alienat. feud,

feud. pater. & Andr. de Isern. in constit. constitutionem, Bald. consi. 300. vol. 2. in nouis. & ego hoc confirmabam per textum in §. finitus, Instit. de vsufruc. vbi vsufructuarius cedẽdo vsumfructum nihil agit, sed domino proprietatis acquiritur, & dicitur consolidatio. ibi, in l. 4. §. fin. ff. de manumiss. vind. circa istum §. vide omnino Afflict. in constit. de quæstionibus quas. colum. 2. vbi pulchra ponit de isto §. & Barbat. consi. 41. vol. 3. vers. ad aliud dubium, col. 5. & vide Decium in l. aliud est, ff. de reg. iur. & supra decis. 135.

Alienatio feudi potest fieri sine assensu domini, quando est in augmentum feudi. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 232.

DIVISIONIS verbo an veniat diuisio. Barbat. consi. 14. nu. 4. vbi prohibita alienatione an sit prohibitus recusare lucrum delatum: & prohibitus alienare an possit cedere actiones, Bald. consil. 216. incip. Monialis translatio est species alienationis. Corneus consi. 207. num. 9. *Hier. de Martino.*

In Decis. 231.

IN princ. Adde eũdem in const. Constitutionem diuæ memoriæ, 4. col. vers. an autem si liberetur, vbi vide omnino. Capic. decis. 256. In causa olim mota, *M. Ant. Puluer.*

In Decis. 233.

HAERES retractat confessionem defuncti probando contrarium in eadem ibi tangit illam quęst. hoc idem voluit Socin. consi. 92. col. 12. in nouis, sed probando rem se aliter habere potest reuocari confessio, allegat Bald. in d. l. non idcirco, vide eundem in constit. constitutionem, col. 3. ver. sed inquiritur. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 233.

VTRVM hæres defuncti possit dicere confessionem patris fuisse erroneam, & eam reuocare.

Si pater in testamento confitetur debitorem nihil sibi debere ista confessio præiudicat hęredi, nisi hæres probet contrarium. *Prosp. Carau.*

In Decis. 234.

FIDEIVSSOR de iudicio sisti promittens pœnam tenetur ad interesse si pœnam excedit. In ea ibi, principalem pro causa criminali, vide de fideiubente in causa criminali, per Bald. consi. 204. Duo famuli, vol. 2. In ea ibi, quæ pœna venit applicanda. Nota quòd hoc fuit in causa Domini Manfredini cum Vberto de Nigris. Iam esset, vt refert Antonius de Alexand. in l. fin. vbi allegat in apostillis ad Barto, *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 234.

IBI, fuit tandem. Sentit ergo Afflict. in ista decis. quod si pœna & interesse esset applicandũ parti, prout solet esse in causa ciuili, tunc contra fideiussorem non posset agi, nisi ad pœnam, non autem ad interesse, quod est vltra pęnam, prout volebat Paul. de Cast. in d. l. 2. §. in fideiussorem, ff. qui satisd. cog. & per consequens intellectus Pauli de Cast. ad Glo. l. fin. ff. si quis in ius vocat. non ierit. valebit, non obstante conditione, Ias. de qua hic.

Adde Milleum in pract. in fin. verb. nu. 16. idem tenentem. *Prosp. Carau.*

In Decis. 235.

ERTIVS comparens pro suo interesse si sciuit litem motam debet audiri, & potest producere testes super nouis articulis, si verò ignorauit, tunc etiam potest didicita testificata, & contra articulos partis. In ea ibi allegat ad hoc Innoc. in c. supersedere, vide Imol. in l. ab executore, §. à sententia, col. 10. ff. de appell. In ea ibi, Bart. solus tangit quando tertius venit post dilationem datam, vide aliqua per Alexand. cons. 17. in fine, vol. 1. vbi tangit intellectum dicti cap. super, & in l. pen. ff. de peti. hæred. In ea. ibi, licèt ignorauit publicationem, vide notabile verbum Aret. in l. si per procuratorem, §. fideiussores, ff. manda. de tertio comparente ad causam, vide Alex. consi. 82. col. fin. vol. 1. & Soci. consi. 91. col. 8. in nouis, dicit Lucas de Penna in l. apparitores, col. fin. circa prin. C. de exac. tribut. lib. 10. quòd quoties quis admittitur ad defensionem causæ alicuius, quia sua interesse debet ipsam absumere in eo statu in quo reperitur. In ea. ibi, sed melius declarat Ang. in l. si suspecta, hoc idem consuluit Alex. consil. 60. vol. 3. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 235.

ADDE Barbat. in cap. super decem, de off. deleg. num. 7. vbi ponit vnum dictum, quod intellige nisi tertius sciret. Lanfranc. in capit. quoniam contra, ver. eloquutionis, col. 22. de probat. & Moder. Sen. in cap. fraternitatis, num. 35. & 36. de testib. *Prosper Carauita.*

In Decisio. 236.

IN princ. Vide quòd pulchrè dixit Rom. singul. 624. Item venditor.

In ead. decis. nu. 3. ibi, Et testes pro eorum confirmat. Vide supra in decis. 216. in fi. *M. Ant. Puluer.*

In Decisione 236.

ATVS in octauo mense habetur, ac si esset natus mortuus pater succedit in bonis maternis mortuo filio exclusis maternis cõsanguineis creditur mulieri dicenti se prægnantem, vide Boer. decis. 220. in ea. & hoc tenet glos. Neapoda. si quis, vel si qua, vide quia Decius cons. 623. tenet contrarium, & Cępol. consil. 50. in ciuilib. vide Parisium consi. 116. aliàs 146. not. 23. vol. 4. & Maynerium in l. si quis vxorem, num. 14. cum seq. ff. de reg. iuris. In ea. ibi, ita probatur virginitas, virginitas probatur per confessionem viri, an probetur adulterium per confessionẽ adulteræ, per Ias. consi. 32. nu. 3. vol. 1. vel probetur fornicatio per confessionem mulieris, per Paris. consi. 54. num. 56. cum seq. eod. vol. In ea. ibi, ex quo pręsumitur vera, vt dixit Antonius de Alex. in apostil. ad Bart. in d. l. tamen ista verba, vide Bald. in Auth.

in ijsdem

in ijsdem pœnis, de secun. nup. scilicet quid de eo qui nascitur octauo mense, quia vt plurimum viuere non potest, an si aliquibus diebus viuat, an habeatur pro filio in successionibus, & in ruptura testamenti, & in conditionibus si decesserit sine liberis, vide Bal. cons. 113. vol. 3. qui videtur sentire quod sic, vide ibi, & ea quę de nato in sexto mense, notaui post Doct. in l. quod artatum, & l. vxoris abortu, C. de posth. hæred. instit. & vide pulchra verba Auli Gell. in 3. libro noctium Atticarum, cap. 17. qui multa refert, & reliquit indecisum. vide consiliū Gentilis Medici relatum, vt audiui, à Cyno in l. nostra, & in Sacro Consilio in causa Nolana fuit iudicatum natū octauo mense non haberi pro filio, sed potius pro abortiuo, quod constaret quod octauo mense natus fuerat, puta quia vxor prius non habitauerat cum viro. In ea. ibi, quod ab illa die fuit prægnans, vide an credatur mulieri dicenti se prægnantem ex aliquo? vide Bertran. cons. 147. vol. 3. & Anchar. cons. 146. aliàs 196. incip. Magnæ. & Pau. de Castro cons. 148. Notandum, vol. 1. secundum modernam impressionem. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 236.

VIDE Hippo. cons. 10. num. 36. & Cassan. consil. 19. vide Aret. in §. posthum. num. 19. Instit. de exhæred. lib. vbi plenè, cons. 623. vol. 4. ibi, dicit pater, vide Cassan. plenè cons. 19. cum sequen. filius natus sexto aut octauo mense, an habeatur pro non nato, Soc. in repetit. l. cum auus, char. 17. ff. de cond. & demonst. & Lancellot. Dec. in l. ꝙ dicitur, ff. de lib. & posth. Fulgos. cons. 69. punctus talis est, quod consilium allegat Hippol. sing. 106. in fine, & de ratione quare natus istis mensibus tardò viuat, vide Guliel. Bened. in repet. capit. Raynutius, de testam. fol. 270. num. 31. & Alciat. in l. quis mortui, ff. de verb. signif. ibi, & ostendit pannum sanguinolentum. adde quod per aspectum linteaminis in primo coitu non sanguinolenti probatur adulterium, glos. in capit. satis, quæst. 35. in alio quàm in marito non est verum, Bald. consil. 437. tertius, vol. 5. quem ad hoc allegat. Cor. in suis memor. in ver. hæres suus, in fi. & adde quod statur assertioni mulieris contra delinquentem, quod fuit virgo, Alex. consil. 229. num. 2. vol. 6. & præsumitur cognita mulier traducta de domo viri, Dec. cons. 368. num. 3. col. 3. ibi, item probatur ibi, & Angelus in l. illud, vide omnino Lancellot. Galiau. in repetit. l. Centurio, fol. 16. nu. 266, ff. de vulg. substitut. & vide Alexand. cons. 157. nume. 2. vol. 5. vbi si probatur, quod aliquis habuit rem cum muliere, an præsumatur grauida ex eodem, & de materia huius decis. vide eundem Afflict. in c. 1, §. qui etiam, colum. penul. in fi. Episcop. vel Abb. & Bertrand. cons. 15. volum. 3. ibi, item probatur, vide Alexan. cons. 115. vol. 1. vetus. vbi ponit singularem limitationē, ad consuetudinem quam refert glos. in l. dos a patre, hic allegata, quæ vult, quod si filia decessit in matrimonio cum liberis, dos a patre profecta non reuertitur amplius ad patrem, vt hæc consuetudo intelligatur, si decesserit in secundis nuptijs, remanentibus filijs ex primo, non autem ex secundo: quia tunc dos reuertetur ad patrem, eoq́ue consuetudo est stricti iuris, & debet intelligi, vt loquitur Iacobin. in l. iure succursum est, ff. de iur. dot. vbi plenè & Hercula. in l. post dotem, ff. solu. matrimo. vbi ponit pulchram quæst. & de materia, vide decis. Parlam. num. 523. & Bald. consil. 349. Viso puncto, vol. 2. an autem virginitas probetur ex aspectu corporis, & linteaminis sanguinolenti in prima nocte, & an stetur dicto mariti, qui cognouit vxorem suam, & an contra assertionem uiri se uxorē cognouisse admittatur probatio in contrarium per assertionem probatam per uxorem, uide Barb. in capit. posuisti, nume. 131. de probat. & uide Bauer. § legatarijs, Instit. de testam. ubi dicit, quod non creditur mulieri dicenti, quod talis se cum ... immiscuit, & an credatur mulieri dicenti se fuisse adulteratā cum tali, & ibi multa, & Alex. cons. 157. col. 2. volum. 5. & Bertran. consi. 15. uol. 3. col. 1. & uide Boer. decis. 319. ubi dicit, quod non. ibi probatur per testes, nec. & sic dicebat, an stetur assertioni mulieris dicentis se pręgnantem de tali, uide ad longum Boer. distinguentem decis. 299.

Contra istam decis. Boer. decis. 220. multa allegat, & dicit uideri, quod hic fuit male decisum, & ita pertransit non reprobans expressè, sed per uerbū uidetur. *Prosper Carau.*

Super Decis. 236.

QVARE natus in octauo mense non possit viuere, Guliel. Bened. in cap. Raynutius, in verb. sobolem quam gestabat in vtero, num. 31. fol. 9. cons. 7. num. 5. vers. Bald. ea quidem. adde quod istam opinio. tenet Soc. in l. quidam, ff. de liber. & posth. & in l. cum auus, eodem tit. nu. 110. & Negusantius consil. 19. contra tenet Dec. cons. 633. vbi multa allegat, & tenendo istam opinio. ad text. in l. vxor, dic quod loquitur de eo, qui est aptus ad viuendum. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 236.

NVM. 2. in fine ibi, Ostendit pannum sanguinolentum. Adde Alexand. in apostill. ad Bart. in l. item apud Labeonē, §. si quis uirginem, ff. de iniur.

In eadem decis. num. 4. ibi, Et sic patet quod d. filius, & sic nota quod natus in octauo mense non potest viuere, vnde ista dicitur certitudo insurgens ex uehementi opinio. ueritati consona, & per hoc uide Felin. in tit. de sum. Trinit. 2. col. in princip. versic. & adde glos. vbi etiam allegat stupendum consil. Anchar. num. 368. incip. Viso diligenter puncto, & omnino Ias. l. si quis extraneus, §. sciendum, 2. col. vers. in eadem glos. ff. de acquir. hæred. vbi latius, & melius, & illud cons. Anchar. in cap. præterea, 1. col. in princ. extra de testib.

In eadem decis. nume. 6. ibi, & tandem, Adde quod de consuet. Ciuitatis Anuersæ videtur secus dicendum, vt patet in eius consuet. incip. Item si matrimonio legitimè contracto. *Marc. Ant. Pulu.*

In Decis. 237.

FILIO succedenti matri decedenti ab intestato, licèt adierit matris hæreditatem dos debet reuerti ad consanguineos matris. in ea. in princ. & ita me aduocante pro Magnifica Antonia Gaietana seu de Cutinarijs, vxore quondam

Domini

Domini Ioan. And. Fucilli fuit decisum in Consilio existente Consiliario & commiss. Magnifico Antonio Capice, & acto. Magi. Alex. de Ambrosijs die 19. Maij 1526. nam fuerunt deductæ dotes Caracciolæ matris Io. And. mortui absq; liberis prætendente Berarda medietaté bonorum Io. And. & facta decis. de hoc per Capic. 195. In ea. ibi, aditioné videt induci solutio pro corroboratione huius decis. Additio, ponitur enim regula, q in bonis defuncti succedát proximiores ex parte matris, præterquam auia; ponit exceptiuné modo, licèt exceptio firmet regulam in his quæ continentur sub regula, vt laté per Dynú in Rubr. de reg. iuris, in sexto. additio præterquam venit exclusiué, l. tutor, nam cum præcedat oratio vniuersalis affirmatiua, & sequitur particularis negatiua ponitur exclusiué, l. tutor, §. fin. ff. de tut. & rationibus distra. ita dixit Neapod. ibi, in vers. præterquam, sed quia negatio non affirmat, l. ex facto, ff. de heredi. instit. ideo disponit in illa ex positione quo ad proximiores ex parte matris; Secundo pondero verbum succedant, in consuet. positum, quòd significat post mortem, Bar. in l. Gallus, §. quidam, ff. de lib. & posthum. ergo debent ex parte matris vocari per fideicommissum, vt tenet ibi glos. Ibi, cum in l. ex testamento, C. de testamento militis, vt tenet Soc. cons. 12. col. 4. in nouis, quòd illis bonis non possit priuari, l. filiusfam. §. diu. vbi noratur, ff. de leg. 1. & sentit Alex. cons. 23. col. 4. vol. 3. probatur, nam ex consuetudine defertur, quòd per fideicommissum, Bar. in l. qui Romę, §. cohęredes, & §. duo fratres, ff. de verb. oblig. quòd non possunt priuari, vt dixi, & sic fortiori vinculo debentur illa bona quàm de iure communi, Bar. in l. viros, C. de diuit. lib. 12. sed vbi testator voluisset bona ad alios deuenire nó possunt priuari, quanto fortius nec isti agnati, cú maior sit potestas statuentium, quàm testatoris, præterea confirmatur, quod sub ea conditione conceditur qua dicitur ademptum, l. quod procurator, quando dies leg. cedit. & l. aliquando, de cond. & demon. sed consuetudo voluit ita demum bona remanere stantibus filiis, vel si decesserint cum testamento, quod his nó obstantibus adimit quo ad omnes agnatos maternos, præterea inclusio vnius est exclusio alterius, l. si maritus, de procura. quo si inclusit filios alios exclusit, item ita demum remanet dos si adsint liberi, vel testatus quod ad istud primum est condecibilis dispositio, & sic censetur facta ob causam, ita Bald. in l. 4. §. fideicom. insti. quæ causa censetur esse, ne bona exeant de familia dotantis, cum diuitijs agnatio conseruetur, Curtius cons. 9. col. 5. illa causa tenaciter est seruanda, quia verba consuetudinis ad unguem seruanda sunt, Alex. consi. 3. volum. 1. & ad contrarium hic adducta responde & bene, vt per Paul. hic, quem firmo, nam actus conditionalis nihil ponit firmum, l. si quis sub conditione, ff. si quis omis. causa testamenti, ergo non est facta acquisitio irreuocabiliter, & sic non est extincta actio, ergo deficiente conditione, habetur ac si dispositio non esset facta, l. pecuniam, ff. si certum petatur, l. verum, de peri. & comm. rei emptæ, & venditæ, & per hoc facit quod voluit Decius cons. 45. in 2. col. quod licèt domino res propria legati non possit, fallit quando esset dominus dominio reuocabili, & in prælegatis datur hypotheca cautelis, & in polenta, ita singulariter Bald. in l. emptor, C. de hæred. vel acti. vend. ita tenet Alexand. cons. 46. col. 2. volum. 2. & Decius cons. 104. 3. col. & Soc. in d. l. si debitori, C. de pactis, & ex his appatet non obstare dictum Neapodani, quia tota schola communis est, & vt dixit Alexand. in d. l. debitor, ad Treb. & in l. debitori, C. de pactis, & si rectè intelligitur dictú eius loquitur quando hypotheca esset danda contra tertios possessores, non autem quando veniret intentanda contra hæredé, & ita non referat, & hoc modo fuisse intellectum testatur Antonius de Alexand. in quadam apostilla super dicta consuetudine, propterea contra Neapodanum adduco decis. Barto. in l. si is qui pro empt. ff. in 6. quæst. de vsucap. in qua dixit, quod numquam talis successio habetur loco solutionis quando hæres lucraretur, quod claré decidit casum nostrum. In ea. ibi, quia vnus est debitor, & vnus creditor, vide quæ laté examinat Neguf. in tract. de pignor. char. 25. per totam chartam. vide Capic. decis. 42. seu 43. & per dictos Moder. in primo membro sextæ partis, colum. 25. In ea. ibi, si hæres qui successit creditori nullum habet commodum quando debitor succedit creditori habet vim confusionis non solutionis, vide supra. in decis. ca. ibi, sed in casu d. l. sicuti, §. si is qui haberet duos debitores, cum sequen. Adde in materia, quod si debitor legat creditori hoc modo, videlicet, lego tantum in bonis meis, nó videtur confusa actio, nec videtur animo compensandi, fuit hoc stupendum dictum Bald. in l. si eoi dotem, §. si pater, in fine, ff. soluto matrim. sequitur Hippo. sing. 162. In ea. ibi, votatum, quod dicta aditio hæreditatis vsque ad finem, vide omnino apostil. Domini Antonij de Alex. in d. glos. in verbo, à matre, vbi meminit de hac causa, & ibi scripsi. *Ioan. Angel. Pisan.*

Decisio 237.

QVANDO matrimonium dissoluitur per mortem viri, vel per mortem vxoris superstitibus liberis, vel sine liberis, quomodo succedát. *Prosp. Carau.*

In Decis. 237.

IN princ. Adde eúdem supra decis. 202. & quod pulchrè dicit Matth. in consti. in aliquibus, col. 17. vers. sextodecimo quæro.

In eadem decis. num. 2. in fine. ibi, domum iste filius. Adde Negusant. in suo eleganti tract. de pignor. primo memb. 5. par. col. 42. vers. postremo, & ad limitationem l. neque pignus, vide supra in decis. 8. & 16. *M. Ant. Pulu.*

In Decisio. 238.



COLONVS cui non fuit nunciatum secundum consuetudinem Neapo. non potest expelli si offert soluere illud q nouus colonus vult soluere, inquilinus autem potest expelli. In ea. ibi, de loca. præd. ciui. lib. vndecimo, q dicta vide Alex. cons. 80. col. 6. vol. 1. vbi ponit de conductore prædij fiscalis, & tenet quod præferatur antiquus, numquid sufficiat fieri hanc denunciationem procura-

P toti,

tori, Neapod. in dicto conſ.In verbo, domino tenet quòd ſic,quod certè mihi videtur dura deciſio,nam factum procuratoris probabiliter ignoratur à domino, l.quod vulgo, ff.pro empt, & ita per illum text. tenet Alexand.conſi.42.col.11.& vol.1. & ibi ſcripſi, præterea receptio ſeruitij facta per procuratorem non facit præſumi inueſtiturā præceſſiſſe, Alex, conſi.136.col.pen, vol.5,nec talis receptio videtur remittere caducitatem,vt ſuprà deciſ.229, Vide cumulatè Ripam in tract. de peſte, char.47. omnino. *Ioan. Ang. Piſan,*

Deciſio 238.

IBI, fuit ergo concluſum, quod in emptione rei cōmunis, an ſocius debeat præferri extraneo, ſi ipſe det tantudem. Guid.Pap.ſingul.780. & conſi.96, in fi.vol.2. & Cicalut. in ſuo tracta.de bello Itali. in cap.capitulum tertium regale,num.17.in fine.& in ver. cap.m iudicium, col.38. ibi, quod autem inquilino.contrarium voluit idem Afflict.in tract.de iure protomiſ.in princ, vide Barbat. in cap.1.col.5.in fi, de locat. & Cotta in ſuis memor.in ver.locator primus.& Calcan.conſi.81.in littera D. & Rip.in tracta.de peſte,ſeu de remed.præſeruat.contra peſtem, num.259.& Alexand.conſ.80.num.11.vol.1.Paul. de Caſt.conſi.142.vol.2.ibi,fuit concluſum. Adde Boer.deciſ.107.num.3.vol.1.vbi tenet contrarium, & certè mirandum eſt de iſta deciſ. cum tex. in l.ne cui.C.loca.decidat contrarium,niſi intelligas iſtam deciſionem loqui in ciuitate Neapoli tātum. & hoc ratione conſuetudinis, quod poterit confirmari ex eo,quia in fine deciſ. quæritur in inquilino, & decidit contrarium. Et quod conſuetudo Neapol.loquitur de prædijs ruſticis eſt ratione conſuetudinis Neapol. ſic deciſum poſtquam non decidit idem in prædijs vrbanis ſeu domibus.

In fundis ruſticis antiquior inquilinus offerens tantundem expelli non poteſt à nouo,

Contrarium in vrbanis.

Et ius eſt, id eſt eſſe præſumitur.

Poſſeſſio longiſſima tanti tēporis,in cuius contrarium hominū memoria non exiſtit,habetur, vt conſtitutum, & non eſt opus allegare titulum, *Proſper Carauita.*

In Deciſ.239.

CONSVETVDO ſi ducatus quæ vult, quòd ille dicatur dominus ripæ qui habet fundum ſuperiorem, habet locum etiam ſi inferior poſſederit per triginta annos habens memoriam habet effectum publici inſtrumenti. In ea.ibi,committat cauſam de iuſtitia ſub iſto verbo de iuſtitia Princeps committens cauſam de iuſtitia comprehendit petitorium & poſſeſſorium. Adde,quòd ſi Princeps committat cauſam vt iuſtitiam faciat, tunc dicitur taliter committere, quod iudex tenetur ſequi conſtitutionem & conſuetudinem,ita Bald.in l.iuſtitia,in fine,de iuſt.& iure, Iaſ.plenè in l.cauſas, col.15.C.de tranſactio. ibi,in fine in deciſ.229. in cauſa,in fine. ibi,& dicta poſſeſſio antiquiſſima haberet effectum publici inſtrumenti. Adde,quod habet vim priuilegij in his etiam quæ ſunt reſeruata Principi, ita Alexand. conſi.61, col.1. vol.1. vbi multa dicit, vide in deciſio.324 & 254. vide quæ notaui in §. ductus aquæ; ſed an cognoſcat vltra debitum, Afflic.deciſ.155. *Ioan. Ang. Piſan.*

In Deciſ.240.

QVAMVIS bonæ fidei poſſeſ.faciat fructus ſuos, tamen quādo ſuccedit malę fidei poſſeſſori tenetur teſte deponente de 10. concordant quo ad decem cum teſtib.deponentibus 16. filio grauato, vt à cohærede nihil petatur cenſetur liberatio relicta. In ea.ibi, vide omnino Balb.in tracta.de præſcript. quæſt.4.in princ,quæſt.35.col.67. In ea.ibi, dubium faciebant,quòd dominus conuentus fuit bonæ fidei poſſeſ. vide omnino Alex.conſi.44.in fi.vol.3.vbi ponit de bonæ fidei poſſ. in ſecunda parte conſiliorum Excell. Domini Piſan. In ea. ibi, quòd ſi etiam cenſemus in iudicio partium adhuc dictus conuentus, idem tenet Alexand. conſ.1. In ea.ibi, nocet huic conuento hæredi vniuerſali, vt l. vitia.adde quòd etiam prodeſt ad vſucapiendum, per Alexand.conſ.84.col.1.vol.1. & licèt defunctus fuerit in mala fide, tamen hæres qui eſt in bona fide poteſt incipere præſcriptionem, Alexand.conſ.710. aliàs 210.col.fin.vol.1.in ea.ibi incip. Viſa conſideratione, cum ſeq. vide in deciſ.362. In ea.ibi, perfecta diuerſarum ſummarum ex eadem cauſa, vide Alexand. conſil.18, col.3.vol.1. vbi tenet, quòd in contractu oneroſo minor ſumma non continetur in maiori. In ea.ibi,quia quidam Iacobus Corialis pater Ioannis primogeniti,vide in conſtitut. Conſtitutionem, per eundem Afflict.col.15. in ea.ibi,ex ſuis hæredibus obligati ad vniuerſum debitum teſtator in contractibus non poteſt vnum ex hæredibus in ſolidum obligare, ſecus vltra voluntatem, *Ioan. Ang. Piſanellus.*

Deciſio 240.

IBI, ſciebat, Adde quod error Iuris cauſat bonam fidem. & quid de fructibus, Alexand.conſ.75. in fi.vol.2.& Abb.conſ.74.vol.2.num.4.vbi impedit vſucapionem. Sed an fructuum acquiſitionem, & ibi, quid ſi ſunt conſumpti, & de materia, vide Aretin. conſi.17. & Iaſ. conſ.29. vol.1. & Calcan. conſ.68.vbi ſingulariter,num.6.per totum.Paul.de Caſt.conſ.247.vol.1. Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos pro cultura.Et ſi author ſuus vi poſſideret, quid iuris? Corn.conſi.329. in littera D. la prima, vol.1.& Corn.iun.conſi.28.num.3.Bertr.conſ.154. nu.13.col.2. Cępol.conſi.25. per totum in conſilijs ciuilibus.& vide omnino Socin.conſ.255.volum.2, col.pen.& fin.vbi ſingulariter. & in iſta materia an bonæ fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos, Fran.Curt. conſ.71. & Balb.in tract.præſcriptionum, in 4.par. quartæ partis principalis,quæſt.5.fol.4. & Anton. de Fano in tract.de pignor.fol.48.num.186. Paulus conſ.247. vol.1. verſ.venio ad aliam concluſionem. Alex.conſi.21.vol.4.num.7. cum ſequent. Et adde, quod regula, quæ dicit, quod bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus extantes limitatur, niſi poſſeſſor tenuiſſet per triennium. Iacobin. in l. ancillæ, C.de furtis. ibi,& illa mala fides. De iſta reg. quod mala fides authoris nocet hæredi, vide Pet. de Rauen,

Rauen. in suo compend. iur. Canon. in tit. de iure patron. fol. 159. col. 1. in fi. & Bald. in tract. de praescriptio. in quarta parte, quartę partis principalis, q. 35. char. 4. & Corn. cons. 301. vol. 1. in littera Q. & consil. 64. eod. vol. in littera D. cum seq. & in litter. N. Paul. cons. 247. vol. 1. & Calcan. sing. cons. 28. nume. 16. cum sequent. & quando praesumatur malae fidei possessor, Bertrand. cons. 56. vol. 1. adde tamen quod mala fides non potest allegari post triginta annos, Alex. consi. 167. num. 7. vol. 6. & de bona fide, vide Bald. cons. 177. in antiquis, & mala fides defuncti nocet heredi, qui tenetur exonerare conscientiam defuncti, Alexand. cons. 11. num. 12. & cons. 46. nume. 15. vol. 6. & supra decis. 40. col. 2. Bald. consil. 464. 1. vol. & quis dicatur habere malam fidem, eo. cons. nu. 9. & quomodo probetur bona fides, Bald. cons. 20. vol. 5. & Barb. in cap. litteris, in prin. de rescript. vbi bona fides in possessione a principio attenditur. & si ex postfacto mala superuenerit. & vide Iason in l. apud Iulianum, num. 10. fol. 75. ff. de leg. 1. vbi aliquid singu. ad hanc materiam fructuum, & vide nota. consilium Auge. 307. & vide omnino Afflict. in c. si quis per triginta, si de feud. fuerit controuer. inter domin. & agnat. multa de materia malae fidei, adde quod ex titulo praesumitur bona vel mala fides, Alexand. consi. 24. nume. 6. vol. 7. Hippol. in repetit. Rubricae, C. de probat. col. 64. & 65. & vide text. in l. fin. §. 1. & ibi Paul. de Cast. ff. ad Vellei. de quo text. per Venusinos in suis disputat. 9.. disputat. col. 8. num. 19. & vide Calcan. consil. 102. num. 13. vbi aliqua. ibi, dubitatur vtrum in princ. istius decis. vide Ias. consil. 160. num. 3. vol. 4. ibi, in contrarium dicebatur, vide Cuman. cons. 109. in fi. quem vide omnino. ibi, fuit per totum, vide infra decis. 362. & adde quod bona fide possidens per longum tempus, id est per decem annos non tenetur ad restitutionem fructuum, Alex. cons. 44. num. 6. vol. 2. vide omnino Moder. Cōsent. in cap. de quarta, nu. 28. de rescript. vbi pulchrè. ibi, dicebāt domini. vide per Alexan. cons. 64. 2. vol. quem vide omnino, & Bald. cons. 25. num. 3. vol. 3. vbi testes deponentes de minori quantitate, quàm sit petitum, probant, & super probato debet ferri sententia condemnatoria, de cęteris debet absolui, Bald. in l. 1. C. de lit. contestat. & in l. 1. C. si aduers. rem iudic. si verò plus est probatum quàm petitum iudex non potest supplere, Bald. in cap. 1. ne milit. vasall. qui contumax est, & ibi Afflict. col. 14. quia sententia debet esse conformis libello, l. vt fundus, ff. communi diuidundo, & l. fin. C. de fideicom. liber. ibi, quod nulla dispositio manet in feudis, an prohibitus alienare videatur prohibitus testari, Bald. cons. 52. vol. 2. nu. 3. Luc. de Pen. in l. 2. C. in quib. cas. colo. cap. cens. lib. 11. in fin. vbi habetur de quibus potest disponere, qui prohibitus est alienare, & alienatio redditunm sine limitatione temporis dicitur quaedam alienatio rei, l. 1. §. quod ait, ff. de superfic. Bald. cons. 284. vol. 1. in fi. Barba. in cap. quoniam in ecclesia, num. 35. & 45. de constitut. vbi prohibitus alienare rem certam, an possit eam deducere in iudicium, & idem Barba. in capit. causam quę, num. 62. de iudic. & an prohibitus alienare possit prouocare ad diuis. Corn. cons. 108. volum. 5. ibi, nec obstat si diceretur. vide Roman. in l. si vsusfructus, num. 11. ff. solu. matrim. sed an vasallus poterit alienare fructus feudi, domino irrequisito, vide Alexand. cons. 3. col. 3. ver. in tantum, 1. volum. & omnino Paul. de Mon. Pico. in reper. l. Titia cum testamento, §. Titia, colum. 93. in princ. ff. de lega. 2. & Petr. de Rauen. in tit. de iniur. & dam. dat. fol. 170. col. 1. in fina. ver. & Neapodan. in consuetud. si quis habet, in glos. & maternorum. ibi, nec obstat quod dicta dispositio. vide eundem Afflict. in constitut. si quis post litem, num. 9. ibi, & iam hodie. vide Dec. cons. 181. & 295. ibi, sed bene defunctus. adde quod qui non potest alienare potest se personaliter obligare, ita dicit glos. in Lombar. in tit. *de la guerra de los fios del Rei.* lib. 1. hoc etiam dicit Guido Pap. singul. 964. fol. 63. & Afflict. in constit. Cōstitutionem, 2. quaest. in fi. & Alexand. cons. 118. num. 5. vol. 6. & consil. 28. quod est duplicatum in 5. vol. vbi tangit an vasallus possit concedere fructus feudi pro eo tempore pro quo feudum sit duraturum, & ibi an possit testari de fructibus feudi, & qui nō possit alienare, an possit deducere rem in iudicium, Felin. in capit. edoceri, §. solus praelatus, nume. 4. de rescript. & Dec. consil. 300. nume. 5. & ibi, an qui prohibetur alienare prohibeatur etiā compromittere, & Curt. in tract. feudorum, in 4. parte, in ver. octauo, in fi. & quando vasallus possit alienare fructus feudi, vide Iacobin. in l. dotis fructus, §. fructus, ff. de iure dot. vbi ponit differentiam inter fructus, & vsumfructum, & an super feudo possit imponi annua pensio? vide quaest. Delph. 183. & vide Alex. cons. 75. vol. 6. nu. 4. & 5. *Prosper Caranita.*

Super Decis. 240.

Error iuris parit fidem bonam. & quid de fructibus, Alexand. cons. 73. vol... in fine. Abb. consil. 84. num. 4. vbi impedit vsucapionem, sed nō fructuum acquisitionem, & ibi quod si sunt cōsumpti. & de materia, per Aretin. consi. 17. & Ias. consi. 29. Paul. consil. 247. Bonae fidei possessor facit fructus suos pro cultura, etiā si author vi possederit. Corn. consi. 329. & Curt. iun. cons. 28. num. 5. Cępol. consil. 25. in consilijs ciuilibus. vide omnino Soc. consi. 251. col. 1. & fin. & vide in ista materia, an bonę fid. posses. faciat fructus suos, Franc. de Curt. consi. 72. & Bald. in tractatu praescript. in quar. par. quar. par. principalis, quaest. 35. fol. 40. & Ant. de Fano in tracta. de pignor. fol. 48. num. 186, Paul. cons. 247. Alexand. consi. 21. num. 7. cum seq. vol. Mala fides authoris an noceat haeredi, Barbat. consi. 90. num. 12. Malae fidei posses. quando praesumatur, Bertrandus consi. 56. & an prohibitus alienare videatur prohibitus testari, Bald. consi. 52. num. 3. incip. Subtilissimo. Luc. de Penna, in l. 2. C. in quib. cau. col. cap. cons. lib. 11. in fi. vbi alienare prohibitus de quibus possit disponere, & alienare, & alienatio redditunm sine temporis limitatione dicitur quaedam alienatio rei, l. prima, §. quod ait, ff. de superfic. Bal. cons. 284. incip. Praemissis verbis, in fine. Barbat. in cap. quae in ecclesiarum, num. 35. extra, de constit. & num. 45. & alienare prohibitus, an possit prouocare ad diuisionem, Corn. consil. 108. & vide Iacob. in l. vnica, C. de cadu. tollen. §. in nouissimo, in fine. & signanter post

ter post multa ponit differentiam inter legatū vsusfructus, & legatum vsumfructum fundi. & ibi, si heres teneatur colere fundum, in quo fuit legatum factū de fructibus, etsi tenetur de casu fortuito: & qui non potest alienare potest semper obligare, Guid. Pap. sing. 964. Matth. in Const. diuæ memoriæ, vnde hoc quæro, in fine. In versic. secundo dubitatur, vide Pantaleo. in l. 2. C. de rescind. vend. in pen. col. vbi disputat istam quæstionem, & Bald. in vlt. col. dicit, quòd creditur illis, qui minus affectionis ostendunt, quod arbitrio iudicis credēdum est, quod not. *Hier. de Martino.*

In Decis. 140.

IN decis. 240. num. 3. ibi, Non potest mala fides allegari. Adde Decium cons. 266. ad exclusionem, col. vltima.

In eadem decis. num. 4. ibi, Quia sunt singulares. Qui autem dicātur testes singulares, & an probent, vide Lanfranc. in cap. quoniam contra. in verbo, testium depositio. 5. col. & an teneantur deponere, vide eundem ibid. col. 27. vers. quæro primo.

In eod. num. 4 ibi, Quod si vnus deponat de decē, alter de 15. Adde, sed quis si peto decem, & probo de quinque, an videatur esse probatum vt fiat condemnatio in quinque, vide Andr. in cap. 1. §. si quis hominem, col. 7. versic. nam in ciui. de pac. tenend. & uide in decis. 362. Quod si unus testis de decem, alius de quinque deponat, quòd isti testes sunt singulares, allegat consilium Alex.

In eadem decis. num. 5. in fi. ibi, Si producuntur duo instrumenta, facit ad hoc quod dicit auctor in decis. 298.

In eadem decis. num. 6. ibi, Et hoc voluit Alexan. Adde Petr. de Rauen. in suo alphab. in verb. testis, col. 8. §. an regula quæ est, fol. 140.

In eadem decis. nume. 7. ibi, Item quia filius. Vide eundem supra in decis. 111. vbi aliter dicit, & in decis. 278.

In eadem decis. num. 9. in fi. ibi, Præterea ista feuda. Adde eundem Matth. supra in decis. 112. inter dominum, versi. si verò dictum feudum, & in decis. 140. tene menti. & in const. si quis post litem, 6. col. circa fin. versicu. si verò feudum est hæreditarium, quem vide omnino, quia latè examinat hanc quæst. & supra in decis. 26.

In eadem decis. nume. 50. & ibi, Et clarum est. Adde Grammat. decis. 503. col. 4. *Marc. Anton. Puluerinus.*

In Decis. 241.

PATER percipiens fructus ex beneficio filij tenetur illos restituere & fideiubens pro dote filiæ non potest petere se liberari. In ea. ibi, habere peculium quasi castrense, & propterea dispositio disponit, & quid si patet iste filium alimentasset an compensatet, vide omnino Paul. de Cast. cons. 416. Viso & examinato in secunda constructione, volum. 2. qui tenet quod sic intelligerem quando tempore præstationis alimentorum fructus essent penes patrem, vt per Bertran. consil. 34. vol. 2. vide Alex. cons. 110. uol. 7. in fine, & Lupum in repetit. cap. per uestras, de donat. inter uirum & vxorem, §. 42. col. 3. aliquid per Dec. cons. 616. ibi, secundo dictæ nepti. in ea. ibi, & expressè, Bald. in l. sacrosanctæ, C. de sacrosan. eccle. alias de episc. & cle. ad. de Bart. in l. liti, §. pater, ff. de nego. gel. vbi dicit hoc esse verum etiam in non peculiatibus modo filius sit emancipatus sequitur Soc. cons. 40. seu 10. col. 6. in nouis. In ea. ibi, nisi in certis casibus, vt est textus in l. Lucius Titius, §. fin. ff. mandati, & Bertrand. consil. 343. vol. 7. In ea. ibi, primo si condemnet idem est si de proximo sit condemnandus, vt tenet Bald. in d. l. si pro ea. 6. quæst. ponit Ias. in §. nihil commune, in prima combina. & plenè per Soc. in regula 121. vbi caute. Bald. in l. si pater, de collat. In ea. ibi, secundo si diu stetit in obligatione quod intelligitur, vide per Bald. cons. 415. quæst. tractatur in hoc 4. volum. in nouis. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 241.

IBI, nisi in certis casibus. Quæro si fideiussor in aliquo ex istis causis petit se eximi à fideiussione, & debitor rogat creditorem, quod eximat eum, & sibi offert alium æquè idoneum, creditor recusat facere; quid est agendum? istam quæst. tangit Alex. in l. facere posse, ff. solu. matrim. & ibi decidit quod satis erit debitori si faciat fideiussorem cautum de indemnitate, per l. si mādato meo, §.... vet. itē si diem, ff. mand. vbi reprobat dictum Baldi in quodam consilio, qui dicebat, quod debitor non teneretur amplius cautum facere fideiussorem, nisi postquam fideiussit superuenisset noua causa suspicionis, per l. si creditores, ff. de priuileg. creditor. 53. verè Alexand. bene dicit per d. l. si mandato meo, qui hoc dicit expressè.

Multa ad materiam istius decis. ponit Alex. consil. 88. num. 6. volum. 6. vide eum, & Bald. cons. 425. quæstio stat in hoc, 4. vol. vbi si tutor promisit seruare indemnem fideiussorem, quem dedit si pendente tutela incipit sua facta malè facere, an fideiussor possit petere se eximi a dicta fideiussione, & vide decis. Parlamenti, num. 117. & Hippo. in repetit. Rubricæ de fideiuss. quæst. 31. vbi plenè de ista materia, ad quam vide vnam magnam limitationem in negotiorum gestore per Rauen. in suo compend. iur. Canon. char. 120. in fi. ibi, & non habet pater aliquē vsumfructum, vide Bald. cons. 45. in quæst. ista, volum. 3. ubi dicit vnum verbum, quod repugnat expressè his verbis istius decis. & vide Cuman. cōs. 68. casus talis est, vbi an teneatur pater facere inuentariū in bonis filij in quibus non habet vsumfructum? & vide Iacobin. in l. de qua re, §. cum absente, ff. de iudic. vbi vide ad materiam. ibi, & fuit notatum, vide Aretin. in §. si quid autem, 1. col. Instit. de fideiussor. & de materia l. Lucius, hic allegatę, vide omnino Roman. in l. semel mora. num. 27. ff. solu. matrimon. Dec. cons. 616. num. 4. vol. 4. ibi, primo si condemnetur, uide Bertran. cons. 34. nu. 5. vol. 2. & plenè per Lupum in repet. cap. per vestras, char. 28. colum. 3. extra de donat. inter uir. & uxor. & Barba. in Rubrica de pecul. cast. col 3: unū tamen nota, quod si pater fecisset aliquos sumptus filio in studio, uel aliter uidetur fecisse animo compensandi cum fructibus, ita cōsuluit Pau. de Cast. cons. 414. alias 420.

Viso

Viso & examinato, 2. quæst. in meo verò libro est, cons. 4. num. 16. vol. 2. & quod uoluit Roman. consil. 8. uers. quantum ad secundum, & cons. 427. nu. 4. Raphael, consi. 87. col. 2. pulchrè. ibi, item quia sub conditione, vide Bald. cons. 425. quęstio stat in hoc, uolum. 4. & uide Aretin. §. fin. in fine, Instit. de suspect. tutor.

Fideiussor non potest agere contra principalem antequam soluat, uel ut eum liberet a fideiussione, nisi in certis casibus. *Prosper Caravita.*

Super Decis. 241.

VIDE Alex. cons. 55. num. 6. vol... vbi multa de materia, Bald. cons. 425. incip. Quod fuit in hoc, vbi si tutor promisit se vnum idoneum fideiussorem, quem dedit, si pendente tutela incipit male vti substantia sua, an possit petere fideiussor, vt eximatur à fideiussione, & etiam de materia vide decis. Delphin. 117. Hippo. in repet. Rubr. de fideiusso. ff. quæst. 31. Roman. in l. semel mora, num. 27. sol. matrim. Dec. cons. 616. num. 4. & quæ scribuntur in decis. Delph. in quæst. 117. *Hieron. de Mart.*

In Decis. 241.

IN decis. nu. 241. num. 3. ibi, Et fuit votatum per omnes. Ad istos numeratos hic per Matth. adde eundem in constit. si dominus vasal. suum, col. pen. in fi. vers. in glos. 2. vbi vltra istos addit quatuor alios, sed quid dicendum in casu isto, pone quod aliquos fideiussores idoneos dedit, demū reus principalis vult illos liberare, & dare alios fideiussores ęquè idoneos, & facit in ius vocare creditorē suum, vt veniat ad recipiendum obligationē aliorum fideiussorum æquè idoneorum, creditor verò dicit quod non vult in hoc consentire, quid iuris? Vide Matth. determinantem hanc quæst. in const. si vasal. à domino suo, 2. col. in princ. vers. quid dicendum. Alex. in l. facere posse, sol. matr. quam l. allegat hic in fi. Matthę. & tene menti, quia est q. quotidiana. Item quæritur, & istud tota die contingit, si aliquis dedit in fideiussorē Titium Sempronio, & promisit suo fideiussori extrahere eum de obligatione, qualiter fiet exequutio huius promissionis. Vide omnino Bald. in l. 2. col. 3. circa fin. vers. modo ego quæro, C. de sent. quæ sine cer. quant. profer. *M. Ant. Pulver.*

In Decisione 242.



MULIER promittens dotem, si soluit, lucratur antifatum constitutum, aliàs non, si verò nulla est dos promissa, antifatum promissum lucrabitur, vide Grammat. decis. 97. In ea. ibi, hoc capitulum quando dos non fuit data, nec promissa; tunc enim vide And. in cap. 1. §. donate, quādo olim feudum poter. alien. vbi tenet, quòd licèt non sit constitutū dotarium, potest tamen mulier petere vt constituatur, & vide in secunda parte meorum consiliorum, cons. 1. aduerte, quòd non ita passim intelligenda est hæc decisio, nam hoc anno 1516. ego consului contrarium, & obtinui, si pater promittit dotem, & marituu confitetur, & constituit antifatū, demum fecit pater instrumentum mutui, eo quia illa confessio est vera solutio, per doctrinam Bartol. in l. penult. §. penult. ff. soluto matri. vide in decis. 333. vbi scripti in ea. in eodem vers. vide And. cap. 1. col. 7. ver. item infeudatus, de natura success. feudi. In ea. ibi, in fine ibi, dos promissa solui in tempore statuto non fuit soluta, cum seq. pro quo facit text. in Auth. & quæ nihil, commun. l. ex morte, C. de pactis conuent. & l. quòd si maritus, ff. de constit. pecunia, & tex. in dicta Auth. dos data, C. de donat. ante nupt. & sic rem perfectam consumatū actum requirit, & significat, & vide Rom. sing. 23. incipien. Confessus fuit. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 242.

ADDE decis. Parlam. nume. 262. ubi limitatur hæc decisio, & uide Soc. cons. 32. incipiente, Circa partem, & in decis. 333. Boer. decis. 22. in 4. parte, nume. 7. vbi allegat hanc decis.

Vide infra decis. 333. & decis. Gramma. 97. limitantes hoc dictum.

Tertieria siue dotarium lucratur propter mortem uiri consignatis per uxorem bonis promissis, si verò non fuerint dicta bona consignata, mulier nihil lucratur, si non pro parte, pro parte tantum lucratur pro rata. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 242. in verbo, pater ergo.

ADDE aliam decis. 333. limitantem istam, quæ loquitur quando pendente dilatione matrim. superatur. & vide Guid. Pap. decis. Delphin. 565. vbi limitat hanc decisionem, & vide Socin. consil. 32. Adde materiam huius decis. omnino Afflic. in const. mulier quæ dotarium, num. 3. *Hier. de Martino.*

In Decis. 242.

IN decis. 242. in princ. Adde eundē in decis. 333. & in constit. mulier quæ dotarium, col. 2. ver. quæro quid si pater. Grammat. decis. 97. incip. Magnifica Diana. *M. Ant. Pulver.*

In Decis. 243.

FEVDVM planum potest alienari cum solo assensu Domini Baronis, quòd potest per testes probari. Ibi, ex quo non interuenit Regius, contrarium tenet in decis. 253. & 277. & 398. In ead. ibi, quia communis gratia Principis. Princeps faciens gratiā alicui videtur velle, quod inde fiat scriptora. In ead. ibi, tertio dubitatur, si præsentetur processus post quinquaginta dies, vide supra in decisione 79. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 243.

SI alienatur feudum planum, & de tabula, quod dicitur ex candeciole, vel actenesia, vel feudum rusticum solitum concedi per Baronem, sufficit quod interueniat consensus ipsius Baronis, sed in feudis quaternatis requiritur Regius assensus.

Grammat. decis. 77. num. 3.

Ibi, fuit in Consilio seruatum. hoc idem Matant. in tertia parte sextæ partis, in ver. secundus actus, num. 41. & Modern. Canensea in Comment. Ritcuū Magnæ Curiæ, Ritu 256. Apostillam ad Afflic. in constit. Appellationum tempora. in littera E. super

per quæst. sed iuxta hoc quæritur, & etiam hodie ita seruatur in Consilio.

Vide supra decis.79. *Prosper Carauita.*

Super Decis.243. vers. tertio dubitatur.

Adde aliam decis.supra 79.& Dec.in reg.quoties nihil sine, de reg. iur. *Hier. de Martino.*

In Decisio.243.

In decisio.243. num.1. ibi, Fuit Igitur decisum. Adde eundem Matth. in consti. Constitutionem diuæ memoriæ, 8.col, vers. sed pro intelligentia quæm, vbi vide omnino. sed aliter firmat infra in deci. 282. 3.col.in princ. & adde Bal.in l.si permittente, C.ad Maced. & adde Iacobi.in tract.de feud. & cum pacto de non alienando, col.6. vers. quæro de q. quotidiana, char.19. & Ias.in l.3.§.ex contrario, ff.de acquir.poss.col.19.in fi.vers.adde tamen.

In eadem decis. num.2. ibi, Tunc non licet alienanti. Vide eundem in præalleg. const.9.vers.secunda conclusio.& in col.23.in princ.

In ead.decis.num.3.ibi, Secundo dubitatur. Vide ipsum Matth.infra in decis.398.in contingentia.

In ead.decis.num.4. ibi, Tertio dubitatur. Adde eundem supra in decis.79. Sed quid si est dubium, Dec.in consi.356.incip. In causa.& de isto stylo, vide eundem supra decis.79.& 78.in fi. *Marc.Anton. Puluer.*

In Decis.244.



Legatum factũ Deo vel Sanctis dicitur factũ ecclesię; dictio alius, quando est posita inter simile importat eandem qualitatem, uide de istis oblationibus per Host.in tract.de prestãt, Cardi. In ea. ibi, posita in dicto legato est implicatiua similium, vide Dec.cons.86. Alex.34. uol.1. & cons.7.col.1.eod.uol. Bologni.consi.241.col.sed quid de oblationibus quæ fiunt alicui ecclesiæ seu capellæ cui acquirantur, uide Abbatem in Rubr.de parochija, in fine, & in capit.pastoralis, de his quæ fiunt à prælatis. & an debeatur aliquid episcopo, uide text.in cap.1.de statutis regularibus, & in capit. cõcurrente, de officio ordinarij, vbi Antonius de Butrio, & Abb.in capit.acquisiti, de testamentis, col.3. & Felin.in cap.dilecti, col.4.de offi.deleg. & Fabrũ Instit.de iure naturali, gen.& ciui.§.sed quoties, vide Dec.in capit.veniens, in 1. col.de testibus, & latius per Firm.in tract.de episcopo, in quarta parte, lib.4. fol.37.col.4. & per Affli.in constitut.quanto, de decimis, col.antepen. In ea.ibi, dicit glos. Sancto Pietro, vide in l.qui insulam, de verb.oblig. In ea.ibi, ecclesiæ dictorum sãnctorum legatorũ; confirma, quia si distributio debet fieri inter pauperes sunt eligendi pauperiores, Decius consil.70. col.pen. In ea. ibi, iudex habet potestatem gratificandi iudex potest gratificari, vide Ang.de Pes.in Auth.de sat. Epi.§.œconomus. *Ioan.Ang.Pisan.*

Decisio 244.

Quando legatur alicui Sancto, legatum debetur ecclesiæ illius Sancti. *Prosper Carauita.*

In Decis.244.

In decis.244.nu.1.ibi, Est implicatiua similium. Adde de ista dictione alij, an & quando sit implicatiua similium, adde Ias.in l.quicumque, col.6. C.qui admit. & in l.si quis posthumus, §.1.col.1.in prima nota.ff.de lib.& posth. *Mar.Anton.Pulzer.*

In Decis.245.



Instrumentum antiquũ ad hoc vt probet requirit probationẽ, quod ille qui scripsit erat notarius, & in quasi possessione ipsius notariatus in antiquissimo pro eo præsumitur, nisi apertè negetur. In ea.ibi, pro parte dictorum nobilium, vide Bald.cons.37. vol.3.vbi tenet, quod magis creditur instrumento antiquo, quàm testibus, vide in proposito quæ scribit Rubeus cons. 10.col.fina. In ea.ibi, instrumentum est antiquum, quo casu adde quod instrumenta dicuntur antiqua quæ excedũt metam quadraginta annorum, Decius consi.13. colum.2. sed vt per talia imperfecta probatio perfectè probetur, debent esse de spatio annorum, & sic concordantur multa consilia Alex. quæ varia sunt, vide in pen. col.vide in decis.25. In ea. ibi, quod non fuit factum ideo tale instrumentum, vide Soci.consil.95.1. col.in fine, vol.1. adde quod si producitur exemplum instrumenti antiqui, quod præsumitur cum citatione partis, ex quo fuit sumptum cum auctoritate iudicis, Deci.consi. 36.primo dubio, vide & ibi 2.col.dicit, quod in antiquis non oportet probare, quod notarius fuit notarius, & idem prosequitur in cons.42.in primo dubio. in ea.ibi, vt dicit Bal. in Rubr. C.de fide instr. notarius non potest facere instrumentum, nisi de gestis coram se, & nisi sit requisitus ab eo cuius interest, vide in decis.317.sed an stetur instrumento confecto per notariũ constituentem se debitorem alteri, vide Bald.cons.43.quędam scriptura, vol.3. In ea.ibi, iste notarius assertus, nihil hoc in specie consuluit Alexan.cons.119.aliàs 144. col.3.in fine, vol.1. In ea.ibi, de Platea Forcella, vide infra in decis.135.& 182.& in ea. ibi, nisi sit requisitus ab eo, ideo cauti notarij in fine instrumenti dicũt se facere instrumentum ad cautelam omnium quorum interest, ita Lucas in l.nulli, C.de numer. col.fin. lib.12.per quem, & per quæ probetur notarium fuisse rogatum, vide pulchrè Dec.consil.10.& in secundo dubio, vol.1.vbi etiam per quæ præsumetur, vide Antonium de Prato veteri inter consi. Alexan.cons.73.in fine, vol.1. In ea.ibi, per tex.in §.nos autem, in Auth. de tabell. istum text.ad hoc allegat Alex.cons.73. vol.3. In ea.ibi, in cap.quanto, de his quę fiunt à prælatis, Alex.cons.7.vol.1.& cons.101. col.5.eo. vol.in princip.& cons.1.col.3.vol.3.in ea. ibi, non citatis ciuibus Plateæ Forcellæ, vide Socin. cons.95.colum.3.in nouis.in ea.ibi, cap.quanto, de his quæ fiunt à prælatis, non dicitur factum à collegio, si facientes non repręsentabãt maiorem partem eius, limita, nisi illud quod agebatur erat quid arduum & magnę importantiæ, quia tunc non sufficit fieri per maiorem partem, etiam quod interueniat aliorum præsentia, quia requiritur expressus consensus omnium sigillatim et specificè, ita pulchrè Cors. singul.in verbo, cõpromissum, in tertia charta. idem

etiam

etism in syndico creato ab vniuersitate in causis arduis tenet Gir, sing. 45. in ea. ibi. breuiter fuit responsum iuri petenti executionem præscribitur triginta annis. Aymo. in tract. de antiqui. temp. char. 94 parte 3. num. 17. meminit de ista decis. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 245.

PRIMO ver. occurrit, vol. 3. ibi, præterea notarius, vide Deci. cons. 11. num. 15. vol. 3.

Ad primum dubium, vide Iacob. Rebuff. in l. duumuirum, de Decurion. lib. 10. & ibi addit. vide & Ias. cons. 168. num. 11. vol. 4. vbi Bald, in Auth. quas actiones. vide Decium cons. 36. num. 3. & consil. 42. num. 2. vbi plenè. & vide Corn. consi 25. in littera L vol. 4. qui tenet contrarium. Ibi, in contrarium dicebatur. vide Dec. cons. 13. num. 5. & Socin. consi. 106. num. 1. ver. occurrit. vol. 3. ibi, præterea notarius, vide Dec. cons. 11 num. 15. vol. 3.

Instrumentum antiquissimum est illud, quod excedit centum annorum metam. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 245. vers. in contrarium.

ADDE omnino Decium cons. 42. & aliam decis. infra 251. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 245.

IN decis. 245. num. 3. ibi, Tum quia dictorum instrumentorum. Vide omnino eundem in decis. 251, vers. quid autem, in fi. Dec. cons. 36. 2. col. vers. secundo non obst. & consi. 42. 2. col. vers. venio.

In eod. num. 3. ibi, Si sic etiã dicitur. Adde Bald, in cap. cum in iure peritus, col. 4. vers. quæro cum Innoc. de offic. deleg. Ias. in l. cum aliquis, colum. 3. vers. confirmo & quinto. C. de iure delib. Ioan. Pet. in sua pract. in form. sent. diffinit. in verbo, visaque contestatione litis, col. 2. in fi. Felin. in c. sicut, col. 17. vers. si autem quæritur, de re iud. *Marc. Ant. Pulu.*

In Decis. 246.

MVLIER verberata vt consentiat rescindit contractum. Io ea. ibi, Innoc. in d. cap. accedens, vide quod dicit Alexand. in simili in cons. 100. vol. 1. in fine, *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 246.

ADDE Bald. cons. 193. Factum sic proponitur, vol. 3. vbi an possum in eodem libello dicere contractum nullum, & dicere per metum simulatum. & Paul. cons. 58. vol. 2. vbi multa. & dicit, quod sic, & ibi, an contrarius admittatur? Albert. Brun. consil. 82. vbi multa singul. in materia metus. & Aret. cons. 14. ibi, quot modis succurritur metum passo, & an succurratur extante iuramento; & an per illa verba sponte contraxerunt probetur actus factus sine metu, & metus facilius probatur quàm libertas animi, Barb. cons. 81. num. 11. vol. 2. & num. 24. vbi non dicitur purgatus metus, quãdiu durat eius causa, puta minæ, vel eius potentia. & vide multa per Hippol. singul. 325. & metus quomodo probetur, Cuman. cons. 336. vol. 1. & in præsenti quæstione, per totum. & Bertrand. cons. 64. num. 3. vol. 1. vbi multa noua. & cons. 336. & in muliere quis metus præcipuè requiratur, Roman. cons. 226. & quid in fene, vide Bertrand. in d. cons. 336. & Fulg. cons. 122. vbi si est iuratum. & quid in facto, Ias. in §. quadru-

pli, col. 5. Instit. de action. Bertran. cons. 50. nu. 116. vol. 3. Ias. cons. 72. & cons. 3. vol. 1. & de metu, vide Bertran. cons. 4. num. 31. vol. 3. Ias. cons. 72. 1. vol, et cons. 165. vol. 2. Bald. cons. 26. Punctus, volum. 3. Hippol. cons. 424. num. 14. cum sequent. & probatio metus an præferatur probationi liberæ uolũtatis, Barbat. cons. 54. vol. 1. num. 1. & circa metum uide omnino Ange. cons. 215. Thema tale. & consi. 63. Si prouisio facta, col. 2. & in materia metus inde solenne consilium Fran. de Aret. 14. & Dec. in l. io omnibus, col. fi. ff. de reg. iur. & testes de metu deponentes præferuntur testibus de spontanea uolontate deponentibus, Barbat. d. cons. 54. num. 1. vol. 1. Iacobin. in l. si de vi. num. 22. ff. de iudi. & uide supra decis. 69. & ibi scripta. & etiam scripta infra dec. 336. & Curt. iun. cons. 126. Paul. cons. 58. per totũ, vol. 2. Metus autem non præsumitur coram iudice. Iason cons. 39 uol. 3. & metus an præsumatur, vide Bald. cons. 441. Visis statutis. in littera R. vol. 5. in nouis. & cons. 133. uol. 3. In casu proposito, in antiquis, vers. sequitur secundum membrum. & consil. 148. & 441. 5. parte. & dolus an præsumatur, Bart. consil. 36. uol. 2. num. 22. & an præsumatur potius uoluntas libera, quàm meticulosa, Barb. cons. 60. nume. 5. vol. 1. & quid sit uoluntas, Barb. cons. 42. nu. 2. uol. 1. & in materia metus, quæ probationes requirantur, Cępol. cons. 20. in consilijs ciuilibus. & per eundem cons. 40. & quanto tempore præscribatur iuri dicendi contractum initum metu, Bald. consil. 369. vol. 5. in nouis.

Non sufficit probare vxorem fuisse verberatam, sed necesse est probare vxorem fuisse verberatam, vt consentiret contractui. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 246.

IN materia metus, vide solemniter consilium Aret. in. 14. & Dec. in reg. in omnib. col. fi. de regul. iur. & eundem cons. 690. vbi multa in materia metus, & vide Bertrand. consil. 3. & in decis. 336. & an metus præsumatur, vide Bald. cons. 441. incip. Visis statutis, & cons. 133 incip. In casu proposito, in antiquis, & cons. 148. & an præsumatur voluntas libera, uel meticulosa, Barbat. consil. 60. num. 5. & in materia metus, & quę requirantur probationes, Cępol. consil. 20. in consilijs ciuili. & cons. 40. & Crot. in l. stipulatio hoc modo, num. 46. de verbor. oblig. vbi in metu testes singulares probãt, & quomodo tempore præscribatur iuri dicendi contractũ initũ metu, Bal. cons. 189. incip. Pręsenti, & qualiter pręsumatur metus purgatus, Barb. cons. 54. num. 21. & metus qualiter esse debeat, Barba. cons. 40. col. 1. & Corn. consil. 41. & testes de metu præferuntur testibus de spontanea voluntate deponentibus, Barbat. cons. 50. Iacobin. in l. diui, num. 22. ff. de iudi. Bald. consil. 293. incip. Factum sit proposi. vbi an possint in eod. libell. dicere nullum, & per metum, & simulatè celebratum contractum, Pau. de Cast. cons. 58. vbi multa dicit quod sic, Alber. Brun. cons. 82. & de materia metus, vide Bald. in l. 2. C. de rescio. vend. *Hiero. de Martino.*

In Decis. 246.

IN decis. 246. nume. 3. ibi, Omnes alij domini. Adde Dec. cons. 233. dura admodum, col. 3. vers. nec obstat

obstat, & cons. 219. Viso puncto, col. pen. vbi etiam declarat quis dicatur iustus metus, & an purgetur durante ead. causa quæ metum intulit, & adde Ias. in §. quadrupli, 7. col. in fi. & sequen. de actiu. Felin. in capit. causam matrimonij, de offic. deleg. & adde quod plus creditur duobus testibus deponentibus de metu, quàm mille de spontanea voluntate, dictũ est, singul. Innoc. in capit. super hoc, de renunc. sequitur Bald. in cons. scismatis, col. 10. Ias. in l. sed & si quis, §. quæsitũ, 3. col. vers. secundo principaliter, ff. si quis caut. Patid. de Put. in tract. syndicat. in ver. quia sæpe iudices, in fi. in ver. agit contra potestatem, vbi dicit vnum notabile verbũ, quod si in instrumento notarius dicit, talis sponte probatur, istud instrumentum per duos testes deponentes de violentia, & an iuramentum per vim, & metum exactum obliget, vel sit opus absolutione, vide eundem infra in decis. 263.

In eadem decis. nume. 4. ibi, Vt si carceraueit quis alium. Vide Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra, in verb. confessiones, col. 4. *Marc. Anton. Pulu.*

In Decis. 247.

BONA inæstimata in dotem data & sine dolo consumpta sufficit, prout reperiuntur conferti tempore mortis, secus si æstimata; quid autem si sunt data bona cum pacto quod æstimentur per æstimatores ante æstimationem est solutum matrimonium, vtrum debeant restitui prout nunc valent, an verò prout erant precij tempore consignationis, Socin. post Bald. an duellum tenet quod debent restitui prout valebant tempore datinnis, in consil. 60. in nouis, vide in consil. sub ver. septimus casus, volum. 1. vide de restitut. bonorum in dotem datorum, Socin. patrem consil. 56. Decium in l. conuentione, ver. vlt. nota. C. de pactis, vide quæ bona mobilia sunt æstimanda vsu consumpta ex forma pacti, prout videmus hodie apponi in quolibet instrumento dotali, ad finem vt eis consumptis possit per mulierem & eius hęredes repeti, quid sit articulandum & probandum, Alex. cons. 103. in fi. volum. 7. vide Rubeum cons. 5. *Ioan. Angel. Pisan.*

Decisio 247.

AD istam decis. adde Bald. cons. 194 num. 1. volum. 5. vbi an res in dotem datæ æstimatæ possent restitui in casum dotis restituendæ. *Prosp. Carau.*

In Decis. 247.

IN fi. ibi, Aliud esse. Adde eundem decis. 270, *Mar. Ant. Puluerinus.*

In Decis. 248.

PATER potest feudum nouum in præiudicium primogeniti alienare, secus in antiquo. Princeps assentiens alienationi dicitur à se peruenire feudum non ab alienante. In ea. ibi, & ideo potuit Dominus Gulielmus quod sit feudum nouum, & quod antiquum, & an feudum renouatum, vt hic sit feudum nouum vel antiquum, vide Dec. consil. 53. per totum. In ea. ibi, vt concludit And. de alien. feud. patet. adde quod licèt sit facta inuestitura, & feudum, & de nouo, non per hoc alte-

ratur natura feudi antiqui in præiudicium aliorum, Dec. cons. 78. in penult. col. In ea. ibi, in cap. 1. §. hoc quoque, de success. feudi, vide supra decisio. 112. in ea. ibi, Domina Catherina soror succedit in feudis, & 16. & Andr. in constit. Regni de succes. ius Francorum probari debet, quia præsumitur quod viuatur iure Longobardo, vide Matantã in sua disputatione secunda. In ea. ibi, qui Dominus de Castiglione, vide de testibus de auditu quales esse debeant, Dec. consil. 82. col. 2. per totum. In ea. ibi, quod dictum feudum Sancti Nicolai hoc totum portaui in causa quã nunc habeo, & discutitur super castro ipso quod habui à Pyrrho Antonio Sapono filio Vincentij. In ea. ibi, quod prælegato feudo cũ Regio assensu. pro Regio assensu soluitur Curię releuium. In ea. ibi, relinquo vxoris meæ habitationem, vide Cot tam in dictio. aduersatiua. vbi videtur innuere contrarium, vide Bart. in d. l. in repetendis, item aduerte vbi Alexan. refert ista verba. In ea. ibi, si voluisset de clausula posita in fine, quando referatur ad præcedentia, vide Dec. cons. 12. in secundo dubio. In ea. ibi, quando ex tali relatione sequitur, vide Soc. consil. 21. col. 4. in nouis. In ea. ibi, quando est posita ad dispositionem aliquam qualificandam, vide Corset. in sing. suis in verb. clam. col. 10. In ea. ibi, licèt ambo facta reperiantur de clausula apposita inter plura capitula, an ad præcedentia vel sequentia referantur, vide Decium cons. 14. col. 1. vbi declarat doctrinam Bart. in l. fin. de rebus dubijs, & vide quod dixi in consil. quod feci in hac materia. In ea. ibi, tamen exceptis patet decisio, sed tamẽ die 24. Decembris 1544. fuit determinata in fauorẽ ascendentium nuper eis patrocinantem a Quarius Io. Portius. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 248.

IBI, in contrarium dicitur. Nota differentiam inter feudum nouum & antiquum in alienatione, & de hoc. & de hoc vide supra decis. 132. ibi, nec obstat quod dicitur, quod fuit per Dominum Selenium an soluatur de legato? videtur quod non. de successione tantum soluitur, & sic vniuersali non particulari, l. quædam, §. nihil interest, ff. de eden. & ibi Alex. & Afflit. in const. apostolicatẽs, col. 3. ibi, sexto notatur, & Alex. cõs. 9. no. 3. vol. 2. ibi, & iste fuit bonus mos. Legatarius est hæres largo modo ibi impropriissimè, Bald. in l. si abducta, col. 2. ver. secundo vertitur, C. de furt. & vide Cor. in suis memor. in ver. hæres censetur, & quomodo intelligatur istud, quod legatarius fit in re legata. &c. vide per Ozerium in §. legatarijs, num. 5. Instit. de lega. Roman. in l. ad tempus, §. iure legata. num. 2. ff. de vsucap. & hæredis appellatio de quo intelligatur, Ias. consil. 95 2. nume. 5. col. fin. & col. 5. in medio, & appellatione hæredis vniuersalis non continetur ille, qui est hæres in re certa. Alex. cons. 124. volum. 5. col. 2. & Guido Pap. sing. 713. qui dicit, quod successores etiam dicuntur qui in vna re tantum succedunt, & appellatio hęredis in contractu inter viuos, trahitur etiam ad particularem successorem, si actus aliter non valeret, Paul. de Cast. consil. 347. incip. Quia circa donationem, vol. 2. num. 2. vbi satis pulchrè.

Testes de auditu non probant.

Soror

Soror dotata a fratre excluditur a successione fratris. *Prosper Carauita.*

In Decis. 248.

In princ. ibi, Sit feudum nouum, vel antiquum. Quod autem dicatur feudum nouum, & quòd antiquum, vide Dec. cons. 53. Placet mihi, cons. 208. ad clariorem, 3. col. vers. sed prædictis non obst. & quæ posui supra decis. 112.

In ead. decis. num. 1. ibi, Secus si esset antiquum. Adde, feudum antiquum non potest alienari in præiudicium primogeniti. Adde eundé supra decis. 112. vers. secundo casu, & 238. in fine.

In ead. decis. num. 3. ibi, Iure Francorum vixerit. Qualiter autem probatur, quòd in aliquo loco iure Francorum viuatur, omnino And. in const. Constitutionem diuæ memoriæ, in principio, vbi glos. *M. Ant. Puluer.*

In Decisione 249.

Necessaria in venditione prædiorum pupilli, vide supra decis. 87. In ea. ibi, debitũ pupilli ex bonis, vide quædam per Dec. cons. 60. 2. col. vide Capicium decis. 113. & Afflic. in constit. minorum iura, in fine. In ea. ibi, interueniat iudicia decretum, vide Alexand. cons. 125. col. 3. vol. 1. sed pone, quòd tutor vendit rem pupillorum cum decreto iudicis, in quo fuit dictũ non fuisse alia bona mobilia, demum pupillus vult reuocare alienationem, & ad probandum quòd erant mobilia producit inuentarium, Bald. cons. 325. vol. 3. tenet, quòd venditio erit nulla, sed si pecunia fuit conuersa in vtilitatem pupilli competit emptori retentio rei emptæ donec sibi reddatur pretium, vide omnino ibi, & nota vide Ripam in l. si is qui bona, num. 12. ff. de pigno. In ea. ibi, in l. si tempora, C. de fide instrum. lib. 10. Adde videndum ibidem Lucam de Penna in fine. Vide omnino quæ posui in titu. ff. de rebus eorum. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 249.

Si ordo positus in hac decisione fuit omissus, quia cum potuisset solui de mobilibus fuit vendita res stabilis, an reddatur actus nullus, vide Corn. consil. 92. Licet in hac consultatione, vol. 4. & idem Corn. & melius, cons. 185. eo. vol. & cons. 50. vol. 3. & cons. 109. eo. vol. quid autem si omnes istæ solennitates interuenerunt, an restituatur minor, vide tex. in l. si quidem, C. de præd. minor. qui dicit quod sic, & vide eundem Afflict. in constitut. minorum iura, col. fin. vers. extra glossam quæro. & Aretin. in §. admonendi. num. 11. Inst. quibus modis alien. licet. & Anchar. cons. 168. & 82. & Burrigella, in reper. l. is cui bonis, num. 18. ff. de verbor. oblig. & an minores possint alienare creditum sine licentia iudicis, Alexand. cons. 179. num. 3. vol. 6. vbi dicit quod non. Benè verum est, quod si contrahit cum tanta solennitate non præsumitur læsus. Aretin. in §. serui autem, num. 18. Inst. de iure personarum. Et adde, quod licèt propter æs alienum res minoris potest alienari, non tamen minoris valoris, quàm sit æs alienum, Bald. consi. 60. vol. 3. vbi limitat, nisi aliud stabile non extaret, & consi. 323. eod. vol. vbi multa ponit notab. ad materiam huius decis. vide Dec. consi. 60. col. 2. & cons. 1. in vltim. impressis, quæ sunt 40. & Ias. in l. 2. ff. de off. eius &c. & Bald. cons. 184. vol. 2. & Corn. cons. 51. vol. 3. vbi quid si interuenit iuramentum. & vide eundem Corn. cons. sequẽti. & consil. 121. & 187. eo. vol. 3. & cons. 128. eod. vol. in littera H. & Paul. de Cast. consi. 205. vol. 2. Alexand. cons. 196. num. 11. & cons. 150. num. 1. vol. 6. vbi, quid si extat iuramentum. & vide Bald. consi. 116. vol. 3. in nouis. & Roman. cons. 191. & Alex. consi. 212. vol. 2. vide omnino Imolam cons. 98. & 899. in 5. dubio. Et an res minoris possit donari propter merita, Aretin. cons. 24. Cland. in tit. qui feud. dare poss. in fine. Barbat. cons. 42. num. 15. vol. 1. vbi an minor factus maior possit ratificare contractum à se celebratum in minori ætate sine solennitate. & an contractus nullus possit per ratificationem confirmari, Corn. cons. 93. vol. 1. per totum, vbi de materia, & cons. 100. vol. 4. & cons. 29. eod. vol. & alia multa circa istam materiam alienationis rei minoris, vide in scriptis per me omnino infra decis. 281. vbi infinitas quæstio. reperies ad hanc materiam. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 249.

Vide Bald. cons. 108. incip. Vtrum. vbi an adulta possit in rebus stabilib. constituere dotem sine decreto. & idem Bald. cons. 383. incip. Quando super facto, col. fin. vbi an possint bona immobilia propter remunerationem donari, Raph. cons. 101. incip. Ducissa Mediolani. Imol. cons. 98. Bart. in l. iubemus, C. de sacrosan. eccl, Aretin. cons. 24. Barbat. cons. 42. vbi an minor factus maior possit ratificare contractum à se celebratum in minori ætate secundum similitudiné, & in nu. 12. An contractus nullus possit validari ratificatione, & uide Corn. cons. 98. per totum, & cons. 100. & cons. 92. ubi de materia huius decisionis, & uide Socin. cons. 239. col. 1. ubi an minor possit alienare bona stabilia cũ iuramento, Corn. cons. 104. & 121. & cons. 36. & 207. nu. 2. & Dec. cons. 556. ubi ponit necessariam alienatione minorum. *Hier. de Martino.*

In Decis. 249.

In princ. Adde eundem in const. minorum iura, vlt. vers. sed quæ sunt solennitates. *M. Ant. Pulser.*

In Decis. 250.

Intentans spolium eo quia continet infamiam, debet declarare tẽpus, secus si conditionem ex canone quæ non infamat. In ea. ibi, exigit de dolo, l. prætor edixit. adde quòd in huiusmodi accusationibus debet rei qualitas etiã apponi, Alex. cons. 71. col. 1. vol. 3. uide Bald. in cap. 2. col. 4. de ordi. cognit. ubi dicit, quòd lex libellorum non obtinet in interdicto unde vi ciuiliter moto, licèt Bart. tenuerit contrariũ ad ipsum, tamen respondetur per supradictum. In ea. ibi, quia agitur conditione ex dicto canone, uide Ias. in l. certi condictio. col. 8. ff. si cert. pet. vbi uidetur tenere contra Alex. cum tamen defendit Deci. ibidem col. 7. In ea. ibi, quòd causæ expediãtur. uide

Bologn.conſ.57.col.pen. vide ad intellectũ iſtorum verborum, Iaſ.in l.certi condictio,§.ſi nũmos,col.7. ff.ſi cert.pet.Claud.in l.1.col.3.ff.de off.aſſeſſ. vide notabilem doctrinam Bart.allegatam per Claud,in §. nihil commune, in ult.char. in 3.q. Bart. ꝙ licet lex generaliter tollat omnem iuris ſolennitatem,iudex non poteſt tollere exceptionem competentẽ par ti eidem ibi, unde ſi dicat lex nulla iuris ſolennitate ſeruata.per Corſet.in ſuis ſing.in uerbo,compromi. col.17.tamen non poteſt adimi citatio,Hippol.ſing. 102. ubi tenet, quod poterit iudex omittere libellos & litis conteſtationem,& incipere ab articulis,quibus probatis ſtatim poteſt proferre ſententiam, an autem ſi dominus agit contra uaſallos dicendo eum commiſiſſe felloniam,debeat ponere locum & tempus,dicas quod non, ut tenet Iacobi.in tract.feud.in uerbo, dictoq́ue uaſallo, col.16. ubi reſpondet poſt Bald.ad doctrinam Bart. in d.l, prætor quamuis, in fine illius conſt. uidetur conſuluiſſe contrarium, vide omnino Socin. conſ.146. uol.1. uide quæ ſcripſi in l.libellorum ad Bart. ibi dantur plures limitationes ad ipſum textum. *Ioan. Ang. Piſan.*

Deciſio 250.

Ad hanc deciſ.adde Iacobin.in l.ſi de vi,nu.84. ff.de iud. vbi limitat hanc deciſ.ſi in loco procedant ſummariæ, & ibi dicit multa ſingularitet in materia iſtius interdicti, & vide Ange.in conſ.248. & Alex. conſ.212.vol.2.Aret.in §.omnium,num.20.in littera A.de actiõ.& Iaſ.in §.ex maleficijs, num.56.de action.& Iacobin. in l.edita, num.52. C.de edend, vbi limitat iſtam deciſ.parte opponente.

Quando iudicium eſt ſummarium, non requiritur tempus & aliæ ſolennitates. *Proſper Carauita.*

Super Deciſ.250.

Adde Dec.conſ.57. vbi dicit quod quando intentatur remedium poſſeſſorium non poteſt opponi exceptio dominij, & de remedio reintegranda, vide Dec.conſ.252.& an teneatur declarare tempus ſpolij ſimpliciter ad finem defendendi, vide Roma.qui tenet contra iſtam deciſ.conſ.195.& Purpu.in l.edita, C.de edend.& in hac opinio,fuit Dominus Marinus Freccia Regius Conſiliarius in cauſa Antonij de Iordanis,ad fundandã tamen præſcriptionem indiſtinctè tenetur pet ea, quæ tenet Bald.in l.edita, C.de edend. Soc.in capit.ſi diligenti, de officio delegati. *Hieron. de Mart.*

In Deciſ.250.

In princ. Vide Rom. conſ.391. Inſtabo, circa princ.vbi idem tenet, & hanc ſententiam tenet Bart, l.1.§.interdum, colum. penult. verſic.ſecundo dixi, ff.vti poſſ.

In eadem deciſ.nume.3 ibi, Sed quando agitur, Adde Ioan.Petr. de Ferrar, in ſua pract.io for. libel, in cauſa ſpoliatæ poſſeſſionis,in ver.ingreſſus de anno. Iaſ.in l.certi condictio,col.6.in princip.ff.ſi cert, pet. *M. Ant. Puluerinus.*

In Deciſ.251.



Instrumentum factũ extra Regnum facit fidem ſi probetur quod conficiens fecit alia inſtrumẽta vt notarius, et fuit in longa poſſeſſione conficiendi, vide in deciſ.245. In ea. ibi, ſufficit probare,quod ita tenet Alexan.conſ.70.col. fin.vol.3.dicens debere probari quod ille erat publicus notarius. *Ioan. Ang. Piſan.*

Deciſio 251.

Quaeritur iuxta iſtam deciſ. quod remedium dabitur, ſi negetur per partem, quod quando quis ſcripſit inſtrumentum, non erat notarius. vide Anchara.in cap.ſignificauit,num.3.de teſt.& Alex. conſ.73.num.11. vbi per probationem confectionis quatuor inſtrumentorum probatur quem eſſe notarium, vide Corn.conſ.142.in littera A.vol.3.vbi de materia huius deciſ.& ibi ponit limitationem iſtius deciſ.niſi ſit antiquum,& vide omnino Corne.conſil. 24.vol.4. & Hippol.in l.ſi quis, col.penult.ff.de quæſt.& Lanfran.in cap.quoniam contra, num.3. ver.inſtru.productionis,de probat.& Bal.conſ.118. vol.3.in nouis, & Socin.conſ.33.vol.1.col.1.& Alexan.conſ.70.vol.3.col.fin.vbi ponit quod debet probari,quod ille notarius publicus, & plenè per Lanfranc.in d.cap.quoniam contra, ver.quæro vlterius, in uer.inſtrum.productiones,& quæſt.Tholoſ.330. Fulgoſ.conſ.151.& Paul.conſ.390.in antiquis. ibi, & poſt longam. adde Soc.conſil 95.col.3. vbi dicit quod aſſertio notarij aſſerentis in ſubſcriptione ſe eſſe notarium,non ſtatur, & ibi etiam dicit an probetur tabellionatus officium per priuilegium notariatus factum à Comite Palatino, de cuius Comitis poteſtate dicitur in dicto priuilegio Notariatus con ſtare per literas Imperatoris, quæ non demonſtratur? & ibi etiam an tabellionatus officium poſſit probari, & quomodo teſtes habent deponere. ibi, nam propter temporis antiquitatẽ, vide infra deciſ.368.

Quando producitur inſtrumentum factum extra regnum,eſt neceſſe vt fidem faciat,& vt ſit fides officialis loci vbi factũ eſt, qualiter ille eſt notarius perpetuus bonæ famæ, & exiſtimationis, & ſi talis fides nõ erit oportet petere tertium ad probandum,& dari debet. *Proſper Carauita.*

Super Deciſ.251.

Adde Ritum Magnæ Cur. incip. Item ſeruat dicta Curia, quod inſtrumentis confectis,char.7.& in fi. deciſ.adde aliam deciſ.245, & Dec.conſ.42. *Hier. de Martino.*

In Deciſione 251.

In princip. Adde D.Matth.in conſt.inſtrumentorum robur, col.6. verſic.nono quæro, latè examinantem hanc quæſt. Barthol. Veronenſ. in caute.54: ſi aliquis.

In eadem deciſ. in princip.ibi, Per Ritum Mag. Cur. Vicariæ. Adde quod in conſt.Reg. de nona impreſſione,incipi. Item obſeruat dicta Curia, in Rub. non datur fides inſtrumentis confectis extra Regnũ, char.287. & adde Lanfranc. in reper. cap.quoniam contra, in ver.inſtru.productio.3.col, ver.quæro vlterius, de probat.

In eadem

In eadem decis. num. 5. ibi, Quid autem si vnum instrumentum. Vide omnino eundem supra decis. 245. 2. col. vers. in contrarium, Dec. consil. 36. col. 1. in fine, & cons. 375. Iuridicam, col. 1. vers. & ista conclusio. *Marc. Anton. Puluerinus.*

In Decis. 252.



SECVNDOGENITVS tenetur seruire Regi ad expensas primogeniti, & nõ tenetur contribuere ad vitam & militiam in adhoa. vide Loffre. in sua paraphr. char. 58. col. 3. vide quia habui in facto in causa Magnifici Nicolai Antonij Caraccioli, & Marcelli Antonij, Sacrum Consilium inclinauit pro eo, noluit decidere, sed fecit decretũ, quòd Nicolaus Antonius solueret vitã & militiam, & sic non deduxit ius ad hoc commissarius Antonius Capicius, a&uarius Franciscus Campollonus. In ead. ibi, respicit perpetuam vtilitatem feudi. adde quòd quando seruitium feudi est præstandum Principi, quod vult quod vasallus sibi præstari non potest eo inuito fieri per substitutum, ita Iacobi. in tract. feudor. in verbo, Princeps, ver. sed an in sexto speciali. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 252.

ADDE Neapoda. in con suetud. si quis habet. in Glos. nostrorũ, circa fin. qui tenet contra. ibi, vtrum in solutioue huius adohæ.... vide Socin. consil. 217. Si non soluitur adoha, quæ est seruitium feudi, vasallus debet perdere feudum.

Adoha soluitur pro perpetua vtilitate feudi, & sic secundogenitus non debet participare.

Fratres Minores feudatarij tenetur facere seruitium Curiæ de ipso feudo ad expensas primogeniti.

Vita & militia æquiparatur alimentis. *Prosp. Car.*

Super Decis. 252. vide Decis. supra 238.

AN secundogenitus teneatur ad recuperationem castri, Paris de confinibus, fol. 178. Num. 2. vide decis. 320. *Hier. de Martino.*

In Decisio. 252.

IN decis. 252. nu. 2. ibi, Quando Princeps declarauit velle seruitium. Vide eundem infra decis. 265. 6. col. vers. quid autem si Rex habet guerram.

In eod. num. 2. ibi, Et ibi declaratur quantum est ista adoha. Adde eundem in const. mulier que dotatium, col. 6. in princ. versic. & ibi dicit unum, & in constit. si uasallus à domino suo, 4. col. in princ. vbi clarius declarat, & latius.

In ead. decis. nu. 5. ibi, Et si Rex non uult seruitiũ personale. Adde eundem Matth. in decis. 265 Illustrissime, 6. col. versi. quid autem si Rex habet guerram. *Mar. Anton. Puluer.*

In Decis. 253.



MEMORIALE expedito licet non sit securum priuilegium assensus, nõ potest reuocari alienatio, quia ab illo tempore habet effectum, nec debet in scriptura redigi, vide in terminis Ripam in responso vndecimo, char. 94. Cassanæus in consuetudine Burgund. fol. 61. col. prima, in ea. ibi, facit ad id quod dicit, vide And. in cap. Imperialem, in princ. col. 8. & in illa quæst. an assensus possit subsequi, de probi. feu. ali. per Federicum. in ea. ibi, id quod curialis tenet, vide in terminis quæ habentur in meis consilijs in secunda parte cons. 16. in tertia charta. in ea. ibi, allegabatur id quod dicit Bald. vide Philippum Francum in proœmio Sexti, §. vnin. In ea. ibi, & stylus Cameræ Regiæ habet cũ legis, miror quod non allegauit Lucam in l. fin. colum. 2. ver. extat autem, C. de fundis limitosis, lib. 11. In ea. ibi, potest etiam probare per testes, refert Parisius in cap. cum inter, in 3. col. de excep. In ea. ibi, & plenè per Bartol. in proœm. ff. veteris, colum. 14. vide Antonium de Prato inter consilia Alexand. consil. 77. in fine, vol. 1. & per Alex. consil. 141. colum. 1. vol. 1. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio à 53.

ISt, quia sigillum est de substantia. Isernia in capit. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & Riminald. in 1. pacta nouissima, in fi. C. de pact. & Cassan. in suo cathalogo, gloria mundi, in 5. parte, colum. 2. fol. 12. sed quæro, quid si reperitur Regius assensus, & sigillum appensum est destructum an probet, Innocent. in capit. inter dilectos, de fide instrum. scias tamen, quod si ille assensus fuerit scriptus manu propriæ personæ, valet, licèt sigillum sit perditum, secus si est scriptus per priuatam personam, de quo dicto facit mentionem Abb. in cap. innotuit, in glos. 2. de elect. & nota pro materia huius decis. est doctrina Bald. in d. l. falsus, hic allegata, & glos. in constitut. si quando, in ver. instrumentum, facit contra hanc decis. cuius fuerunt authores, Ioannes Baptista de Bentiuolis, & D. Bartholomæus de Capua tunc temporis Cõsiliarij, pro quorum opin. facit dictum Angel. in l. antepenult. C. de sent. pass. & adde quod assensus potest probari per testes. And. in d. c. de proh. feud. alienat. per Lothar. & per Fede. & ita fuit iudicatum in Sacro Consilio. Quia non est de casibus in quibus scriptura reperitur, de quibus in l. contrahitur, ff. de pignor. & in l. census, ff. de probat. & in l. gesta. C. de re iudic. Innocent. in cap. primo, de procurat. ibi; & pro hoc facit l. Tribunus. vide Baldum in cap. quisquis, de elect. vbi dicit, quod licet verbum fiat, videatur futuri temporis tamen est futuri immediatè, quia subauditur aduerbium tunc, quod extremitatem temporis significat. & adde, quod pro ista decis. facit dictum Ange. in d. antepen. l. C. de sent. pass.

Quando supplicatur, vt præstetur assensus in alienatione feudi, & per Regem fuerit dictum fiat per scripturam propriæ suæ manus, & antequam expeditetur assensus in forma cancellariæ ipse alienans reuocat alienationem, & contraxit eum alio deducto feudo, & Rex assentit, & sigillatur assensus. Licet prima forma videatur alienationem potuisse reuocare, tamen concluditur contrarium. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 253.

VIDE eundem Matth. in cap. Imperialem, nume. 84. cum seq. de prohib. feud. alien. per Fede. vbi singulariter quæritur de sigillo, & not. quod sigillum est substantiale in litteris, vt dicit Andr. in cap. 1. de prohib.

prohib. feud. alien. per Lotha. sed quod si reperitur Regius assensus cũ sigillo, sed destructo, an probet, Innoc. in cap. inter dilectos, de fide instru. vbi dicit, quod si priuilegiũ tale, seu cõsensus fuit scriptus, & sumptus manu publicæ personæ quod valeat, secus si per priuatam, & de hoc dicto meminit Abbas in cap. innotuit, in glos. 2. extra de electio. & not. quod assensus potest probari per testes, Andr. in d. cap. 1. de prohibit. feud. alien. per Lothar. quia non est de casibus requirẽtibus scripturam, de quibus in l. contrahitur, ff. de pignoribus, & l. census, de probatio. & l. gesta, C. de re iudi. Innoc. in cap. 1. de procurato. & glos. in cap. 1. de procurato. & glos. in cap. 1. de censi. & Ias. in d. l. admonendi, de iureiur. & in principio istius decis. adde aliam decis. 243. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 253.

IN decis. 253. nume. 3. ibi, Non valet gratia, nisi adsit scriptura, & vtrum scriptura sit de substantia gratiæ Apostolicæ, vide Felin. in Rubr. de constitut. col. 3. vers. & possunt ista, num. 11.

In eadem decis. nom. 4. ibi, Vnde si Papa interim moritur. Vide Rosellã casuum in verb. priuilegium, §. 56. incip. An autem Bullatio, & Felin. vbi supra col. 2. vers. & conclusum.

In eadem decis. nom. 8. ibi, Et sic assensus. Vide eundem infra in decis. 398. in contingentia. *Marcus Anton. Pulverinus.*

In Decis. 254.



COMMVNIO inter ciuitates, quia species alienationis est, non firmatur sine assensu, nisi per annos centum. ibi, ita præscriptio operatur, quod habeat vim priuilegij, vide latè per Dec. cons. 85. vol. 1. col. 2. vbi multa ad intellectum §. ductus aquæ. *Ioan. Angel. Pisanellus.*

Decisio 254.

ADDE hic quæ scripsi infra decis. 267.

Communio super aquis, herbis & pascuis, & lignis inter duas ciuitates sine Regio assensu non tenet, nisi fuisset præscriptio centum annorum, vel tanti temporis cuius initij memoria hominum non existit.

Præscriptio centum annorum vel tanti temporis cuius initij memoria hominum non existit, operatur vim Regijs assensus. *Prosp. Caravita.*

Super Decis. 254.

AN feudum possit præscribi, & quanto tempore, Dec. consil. 144. col. 3. vbi pulchrè, & consil. 208. col. 4. & cons. 445. col. 2. vers. tertio principaliter, & consil. 395. in fine, & vide infra in decis. 267. & ista præscriptio centenaria qualiter possit probari, Curt. iun. cons. 61. num. 11. & cons. 3. num. 6. vbi dicit bene locum esse vbi ius resistit, Corn. consil. 268. col. fin. & an præscriptio cẽtum annorum operetur vim assensus, Corn. cons. 87. num. 12. & requiratur titulus, & an mala fides defuncti noceat hæredi, Corn. cons. 304. nom. 12. & an probetur per testes de auditu, & per communem opinio. hominum ibidem nume. 4. *Hieron. de Mart.*

In Decis. 254.

IN princip. Adde eundem Matth. in constit. incip. cum per partes Apuleæ, colum. 5. in fi. ver. quarto quæro. vbi nonnullas quæstio. concernentes materiam cõionis examinat. & quid si homines vnius castri sint in quasi possessione pascendi, infra limites alterius castri, & postea oriatur contentio inter homines dictorũ castrorum ex eo quod pascua non sufficiant vtrisque, dic quod domini illorum pascuorum præferuntur, ita voluit Ioan. Andr. in cap. dilecti, in princ. de arbitr. sequitur Rocch. in tract. de iu. patr. in ver. competens, col. 12. vers. 19. & adde quod pulchrè dixit Roman. in singul. 655. incipien. Præscribitur.

In eadem decis. nume. 2. in fi. ibi, Vtrum currat præscriptio. Adde Dec. cons. 144. & maturè, col. 3. in princ. vers. ad secundum dub. Matth. infra decis. 267. & vidi in cons.

In eadem decis. num. 4. ibi, Operatur vim Regij assensus, Adde Andr. in cap. 1. §. nec dominus feudi, col. 7. vers. item quæritur, an de mania, de prohibita feud. alien. per Feder. & Felin. in cap. accedentes, col. 3. in princ. vers. tertius casus, de præscript. limitantem hanc regulam quatuor mod. nec alibi reperies ita benè declaratam hanc regulam sicuti ibi per eum.

In eadem decis. num. 5. ibi, Et sic illa verba. Adde eundem in constit. consuetudinem pranam, col. pen. in 8. & vls. notab. vers. quid aũt si Reorum, vbi egregiè declarat, & Felin. in Rubr. de præscript. col. pen. vers. considera secundo. *M. Ant. Pulu.*

In Decis. 255.



SVBFEVDATARIVS alienans scienter feudũ ipso iure priuatur, & poterit auocari ab emptore, vide omnino Dec. cons. 16. in tertio dubio. ibi, emit dictum territorium, cautè fecit, nam aliàs non solum teneretur ad restitutionem feudi, verum etiam ad fructus, ita pulchrè voluit Iacobin. in tract. feudo. in verbo, dictiqne vasalli, col. 15. ibi, quia habuit notitiam, cautè fecit iste Barto. probando scientiam alienationis, quin aliàs non potuisset feudo priuari, ita Iacob. in tract. feudo. in verbo, etiam pacto de non, in fine. ibi, & notat Andr. in capit. 1. quo temp. miles, & in cap. de feudo sine culpa non amitten. & eundem Iacob. in dicto tract. in verbo, quidem, col. 12. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 255.

QVIBVS modis feudum amittatur. ibi, & sic fuit iudicatum, & sic recuperat precium emptor, quia bonæ fidei fuit.

Adde decis. Delphin. 305. & quę scripsi supra decis. 18. ibi, sed empto. vide eundem Afflict. in cap. 1. §. aut si libellario, col. 8. ver. sexto nota, quibus modis feudum amittatur. ibi, & sic fuit iudicatum, & sic recuperat precium emptor, quia bonæ fidei fuit, vide infra decis. 278.

Vendens rem feudalem pro burgensatica ignorante emptore esse feudalem, Gramm. decis. 78. nume. 14. *Prosp. Carau.*

In Decisio. 255.

In decis. 255. num. 1. ibi, Dato termino ad probandum. Adde eundem, infra decis. 277. an testes, & in decis. 267. vbi vide omnino, & Grammat. decis. 77. excelles Comes, in fi. vbi notabiliter intelligit hanc decisionem procedere quando ante penitentiam ille qui negat feudum, fuisset conuictus facto iudicio ad hoc, & audito ipso qui feudum esse negauit, quod tene menti. *Marc. Ant. Pulu.*

In Decis. 256.


Pupillo habenti tutorem recusantē eum defendere datur curator ad litem, eo prius vt petat citato, vide Rom. cons. 454. col. 3. versi. quemadmodum, vide in decis. 262. vide, quia iudex non potest dare curatorem absenti, & non citato, vt per Rubeum in consil. 140. Ibi, iudex facit mandatum pupillo, mirror quòd non alleg. Alexan. expressè dicentem in cons. 122. vol. 1. ita firmat Io. de Imo. in l. Iulianus, §. non autem, ff. de damno infecto, in fine. vbi tenet, quòd non sufficit citare coniunctos & amicos, nisi fuerit citatus minor ad petendum curatorem, allegat Ioan. Andr. in tit. de primo decreto, §. restat q. sed pone, quòd pupillus, vel quid si maior. quod verbum secundum eum est signanter notandum, sed si infans est litigaturus cum tutore, & sic non est habilis ad petendum curatorē, iudex ex mero officio dat curatorem, ita Ange. post glo. in l. si mutus, §. is qui curatorem. Ibi, plus dico, ff. de procur. quæ autem debeat facere iste curator, vide Aret. Instit. de curat. in princ. in fine commenti, & per Alexand. cons. 80. col. fin. vers. successiuè, & cons. 163. vol. 5. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 256.

Adde Iacobi. in l. in ius vocari, nu. 7. ff. de in ius voc. & idem Afflic. in constit. edictorum, col. 8. ibi, tertio quæro de istis solemnibus. Ias. post Bart. in l. in illa stipulatione, nu. 16. ff. de verb. obligat. la prima. Cum. cons. 15. Quia paterna. Capic. io decis. 50.

Si pupillus habet tutorem præsentem vel absentem, non ualet datio curatoris ad litem.

Prouidendum est de curatore, etiam de pupillo non petenti, & in maiore infante.

Vide Gloss. in l. 1. in verbo, officio, C. qui pet. tuto. quę ita intelligit d. §. pupillus. sed Salic. in ead. l. 1. dicit, quod procedit quando est actor pupillus, & tunc non nisi petenti datur: quia nisi petat, non admittitur, sed quando conuenitur, tunc si petat datur: si non petet datur inuito. & ante Salicet. ita formauit Glos. in l. qui habet, §. si pupillus, in verbo, cogi. ff. de tutel.

Tutor non adimplens solennia habetur, ac si non esset tutor.

Vide decis. 262. in fi. & dec. 282. 207. 133. *Caran.*

Super Decis. 256.

Adde aliam decis. 262. vide Marant. in Specul. in 16. distinctio. vbi Capic. decis. 50. decis. supra 207. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 256.

In princ. Adde Paridem in tract. syndi. in verbo, vtrum iudex, col. 3. vers. & ideo aliàs consului ehar. 95. vide eundem infra in decisio. 262. & aduerte ad vnum, quòd in quantum hic in principio dicitur, quòd mater uidua egit contra tutorem pupilli pro dotibus &c. Quod in casu quò mater administrauit tutelam, quòd ex qua tenetur reddere rationem administrationis tutelæ, siue sit tutrix, siue non, quòd pro tali administratione omnia bona matris sunt obligata, vt notatur in l. pro officio, ff. de admin. tutor. & etiam dns ipsius matris pro tali obligatione potest retineri, ita nouissimè consuluit Socin. consil. 180. Diligenter puncti narratione. sequitur Dec. cons. 249. vlt. col.

Io ead. decis. num. 1. ibi, Item tunc iudex. Adde, quòd si minor compareat in iudicio sine curatore faciens eum iurare de non veniendo contra processum, & sententiam, nam si minor tunc iurat, valebit iudicium, & processus; & nota, quia est mirabilis cautela tradita per Iaso. in Auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vend. per quam limitatur totus titulus Codicis. Qui legitimam non habent personam, & intellige prædictam cautelam, quando verba iuramenti sunt concepta in futurum, puta, quia minor iurauit non conuenire iudicio, & adde Petr. Girard. in sing. 66. & idem tenuit Ias. in l. 1. 3. col. vers. secundo limita, ff. si quis in ius uoca. non ierit. Sed pone, quòd clericus minor vigintiquinque annis agit pro debito, vel alia actione personali, vel reali cōtra laicum, iuxta capitulum si clericus, de foro competen. vtrum tali clerico ille iudex sæcularis corā quo agitur, posset dare curatorem ad litem, vel an sit dandus per iudicem ecclesiasticum, vide decis. Rot. 5. sub Rubr. de iudic. in vltimis, fol. 221. quæ incipit, Si clericus. & adde aliam similē decisionem Rot. nu. 207. in antiq. & intellige hoc sanè, vt declarat Dec. consil. 250. Dubitatur, col. penult. vers. quinto non obst. quod laicus iudex. *Marc. Ant. Pulu.*

In Decis. 257.


VIDE Guid. Pap.q.500. vbi in materia repulsæ testium ponit multa, & de materia vide multa per Paris.in c.denique, nu. 5. de except. vbi meminit de hac decis. Marant.in suo Speculo, fol.73. num.12. col.4. *Hier. de Martino.*

In Decis.266.

IN princ. Adde eundem in const. Iurisperitorum, 5.col.ver, sed iuxta hoc, nu.24. & adde, quòd repulsa repulsæ admittitur, & non vltra, c.licet dilectus, de testib. Lanfran.c.quoniam contra, in ver.testium depositio, col.16.vers.adde præmissis, Fel c.1.col.1. vers.dum dicit, de except. *Marc.Ant.Pulu.*

In Decisione 267.

NON præsumitur feudale territoriũ, quòd est intra fines feudi, vide omnino Alexan. cons.43.vol.1. ibi, sicut est forma priuilegij, vide Soci.cons.181.vol.2.& in l.1.col.4. de acq. poss. in princ. ibi, & expressè tenuit Hostiensis, vide in decis.277. vide Lucam de Penna, in l.quicumque, col.3. C.de feud.alien. lib.11.vide omnino. Iacobin. omnino in tracta. feud. vers.dictique uasalli, col.3.vbi decidit hunc casum. Ibi, id quod est iuxta feudum, vide si præsumũtur feudalia vel aliodialia, per Iacob.consil.35. col.2. vide omnino Petrum de Anch.cons.311.aliàs 31.& cons.278. & consi.141. & 142. Abb.cons.72. vol.2. Soc.consi.86. omnino, vol. 1.& pulchrè in cons.127. vol.eod.& quomodo probetur feudum, & quid articulandum, Alexand. cons.136.vol.1. sed quid si maior pars sit allodialis intra fines, And.de Iser.in cap.1. §.quid tamen, hic alleg.in decis. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 267.

SI intra fines feudi reperiatur territorium, non poterit reintegrari per feudatarium.

Adde hic Bertran. cons.37.& 119.in fi.vol.1. & cons.49.num.4.eodem vol.& consi. 1.num.9.vol.3. Barb.cons.54.vol.4. & cons.57.eod.vol.vbi clarius & diffusius, maximè num.6.circa fin.& num.7.ver. nec etiam obstat tale instrumentum, & vide Afflict. in cap.1.§. cum autẽ.col.3.de contra inuest. vbi ponit ad hoc intellectum, & vide quæ scripsi supra decis.129.& infra 277. *Prosp. Carau.*

Super Decis.267.

IN nume.3.vide Dec.consil.144. col.3.vbi pulchrè, & Corn.cons.147.num.10. vol.2.in nume.4. adde Ias.in l.si prius, ff.de noui oper.nunc.adde decis.infra 277. *Hiero.de Martino.*

In Decis.267.

IN princ.ibi, Possit per dominum feudi. Sed pulchrũ est scire qualiter debeat concipi libellus quando petitur feudum reintegrare, vide omnino glos.ad quam omnes practicãtes recurrunt in const.consuetudinem prauam, in vet. exinde aduocati nostri, & Matth.infra decis.364.

In eadem decis.num.2. ibi, Quia res particularis. Adde Dec.cons.144.& matturè, col.3.in princ.vers. ad secundum dubium, Matth. supra decis.254.vers. vtrum, Ias.in vsib.feud.col.19.in fi.versic.an autem, nume.52. Iacobin. in tract.de feud.in verb.dictique vasal.præmis. recogno. colum.3. versic.subsequenter quæro.

In eadem decis.num.2. ibi, Ea verò, quæ sunt infra fines. Adde Iser.in cap.Imperialem, §.illud quoque, col.6.in princip. & 7.circa med.& adde quod res stabiles, quæ sunt infra territoriũ, vel districtum alicuius ciuitatis, vel castri, vel Regni, quæ inculta sunt, an sint propria illius ciuitatis, vel Regis? vide Ias.l.rem quæ nobis, col.8.vers.item nota, ff.de acquir.possess.

In eadem decis.num.4. ibi, In contrarium. Facit ad hoc quod dixit idem Matth. infra decisio. 277. in fi.& vide Iacob.l.circa, col.penult.vers.colligatis, ff.de probat. & eundem in const.constitutionem diuæ memoriæ, col.9.& supra decis.255.& 129.

In eadem decis.num.6.ibi, Quia non inconuenit. Adde eundem in const.si dubitatio, 2.colum.2.not. *Marc.Ant.Puluer.*

In Deci-

In Decis. 268.



NTENTANS remedium l. diffamari est actor, & ideo sequitur forū conueoti, sequitur quod excommunicatus non potest hoc remedium intentate, vt latè sequitur Dec. in cap. cum inter, in fine, extra de exception. Rom. consi. 412. & Alex. in l. si finita, col. 4 in fine, ff. de damno infecto, Rom. consi. 33. Soc. consi. 94. ver. quinto, in nouis, vbi tenet contrarium. ibi, & ideo actor, vide Capic. decis. 18. ibi, Abbas Siculus, et quod sit iudex ille quod esset iudex diffamati, tenet Gomesius in §. præiudiciales, num. 7. in fine, Instit. de actio. ibi, & ideo habet locum remissio. aduerte, qoia Alex. tenet contrarium in d. consi. quod intentans remedium diffamari sit actor & reus. ibi, & qui petit se absolui a petitis per aduersarium, ac eundem silentium imponi sit actor vel reus, Decius consi. 30. in fine. & nota, quia est vtile scire propter onus probationis, vtriq. d. consi. & etiam per Soc. consi. 44. col. 2. in nouis. aduerte, quia ego contrarium obtinui in Sacro Consilio in fortioribus terminis, scilicet in clerico, prout loquitur Alexand. in d. consi. 103. vbi allegaui multa quę ibi scripta per me reperi in causa Magnificæ Carmosinæ de Dolce, Dec. omnino consil. 487. & 686. & Boer. decis. 225. qui tenent cum ista decisione, nouissimè vide Decis. Pedemontanā contra Afflictum num. 15 t. in paruis. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 268.

AD istam decis. adde Petr. de Rauen. in suo compend. iur. Canon. in tit. de foro compet. char. 88. colum. 4. & ad materiam vide Rom. consi. 217. & Dec. consil. 43. 487. & 686. vide Cagnol. in l. vnica, verbis sic discussis, nume. 9. C. de inge. manu. vbi latè hanc quæst. disputat, & contrariam opinionem communem dicit, & idem Didac. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 18. num. 4. cum sequen. Capic. decis. 18.

Si quis se iactauerit super re tua habere ius, poterit compelli ad agendum sub certo termino, alias imponitur sibi perpetuum silentium.

Actor sequitur forum rei. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 268. in num. 4.

ADDE Deci. consil. 43. adde aliam supra. 704. *Hier. de Martino.*

In Decis. 268.

IN princ. Vide supra decis. a 54. Petr. Rauen. in suo alphab. fol. 69. §. iudex, vbi dicit quod iudex nūquam potest imponere perpetuum silentium, iux. materiam l. diffamari, nisi primo illi tali fuerit facta bina monitio per iudicē de qua in actis appareat, ꝙ tenementi, & adde Ang. Inst. de except. in princip. col. 18. in fi. Lodo. Goczad. Hispa. in §. præiudiciales, de act. in fi. col. & quod dicit Rota in decis. 305. in antiq. *Marc. Anton. Puluer.*

In Decis. 269.



B assistentia super possessorio appellatur, non tamen retardatur executio, vide Ias. in l. 1. not. 3. C. de bon. possess. secundum tabulas. vide Albertum consi. 98. sed pone, debitor dicit sibi restitui debere possessionem rei, eo quia dicit quod fuerat satisfactum de debito creditori, iudex pronunciat debitum satisfactum, & sic possessionem reddendam, creditor appellat debitor dicit nō potest appellari, quia sumus in possessorio, Luc. de Pen. in l; 1. col. 1. in fine, C. de sumpti. recip. lib. 10. dicit obtinuisse contrarium, scilicet quod possit appellari quando à sententia super possessorio appelletur, & quando non, vide nouiss. in è Decium consil. 28. & in cap. pastoralis, col. 3. de appell. vide omnino Alex. col. 3. & 4. consi. 2. vol. 3. vide pulchra carmina Bald. consil. 338. nouum dubium, vol. 3. in antiqua forma, vide addita in Rubr. C. si de mome. poss. fuerit appel. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 269.

AD istam decis. adde eundem Afflict. in constit. castellanis, nume. 8. in Rubr. vbi dicit, quod licèt de iure ciuili a sententia super mero possessorio non ap pellatur, tamen si fuit admissa valet appellatio, si non fuit appellatum à non admissione, & vide Barba. in cap. quoniam frequenter, §. fin. vt lite non contest. & Niconit. in repetit. cap. quoniam contra, nume 54. fol. 103. de probat. & fol. 137. nume. 36. & Abb. consil..... vol. 2. colum. 2. & vide supra decis. 7. vbi an reus possit facere exceptiones in possessorio concernentes causam petitorij? & supra decis. 116. poot an exceptio domini probata in promptu impediat? & de materia huius decis. vide Roman. consil. 324 vbi nota. & Abb. d. consil. 55. & an possit in momentanea possessione peti restitutio, Paul. consi. 37. vol. 2. num. 5. Soc. in. consi. 242. in 3. parte, in princip. & vide supra decis. 77. & adde quod causa possessionis est vilis, Dec. consil. 663. nume. 2. vol. 4. & consil. 28. 2. colum. eo. vol. & consil. 56. col. 1. vbi ponit, quę probatio requirit in possessorio, Matthę. silan. singul. 33. Hippol. singul. 620. Corn. consi. 10. in littera D. vol 4. dixit, quod interdicto retinendæ non admittitur appellatio, Ias. consil. 187. vol. 2. per totum. Dec. consil. 28. Speculator in tit. de appel. §. in quibus, vers. sed numquid, & ibi additio in littera R. Bal. in l. prima, vers. quæro quid. C. si de modo poss. & ibi additio ad Bart. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 269.

ADDE aliam decis. supra 77. & Dec. consil. 28. & de materia huius decis. vltra Dec. in dicto consil. vide Rom. coosil. 324. vbi pulchrè, Abb. consil. 55. an autem in momentanea possessione possit peti restitutio in integr. Paulus consil. 37. num. 5. Soc. consil. 242. vol. 2. in princip. & de materia vide Corne. cons. 10. in lit. D. vbi in interdicto retinendæ non admittitur appellatio, Ias. consi. 187. Dec. d. consil. 28. Ias. in consil. 60. in fi. vide Maraot. in Specu. fol. 97. num. 238. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 269.

IN princ. Vide omnino Philipp. Dec. in cons. 28. Et pro tenui. vbi multas, & varias refert opiniones, Iason in l. 1. C. de bonorum possess. secundum tabul. vbi etiam ponit multas fallentias ad d. l. vni. C. si de momenta. poss. sed an in causa possessorij possit allegari præscriptio, dic quòd oō, ita Alex. in consi. 92. Viso. circa fio. lib. 5. quem sequitur Dec. consil. 56. in causa, col. vlt. in fi. *Marc. Anton. Puluerinus.*

In Decis.

Quando datur terminus ad præsentandum scripturas, intelliguntur scripturæ publicæ uel priuatæ, quæ de se fidem faciunt sine examinatione. *Prosper Carauita*.

Super Decis. 272.

Vide etiã alios casus in quibus etiam post conclusum in causa possunt instrumenta produci, in repet. cap. quoniam contra, num. 64. de probat. et Roman. consil. 346. ubi ponit quosdam alios effectus, quos producit conclusio, & eundem Roman. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infecto. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 272.

In prin. Vide supra decis. 115. & adde q̃ ista est practica, hodie quando fit conclusio in causa, nam fit saluis allegationibus iuris, delatione iuramenti & scripturarum productione, uide Parid. in tract. synd. in uer. allegationes, char. 18.

In eadem decis. num. 2. Pront dicit Bal. in l. 1. adde & ibi uide Bart. & Roman. cons. 77. in fi. *Marc. Ant. Pulu.*

In Decisio. 273.

Vide Alex. cons. 81. col. 4. vol. 1. instrumento faciente mẽtionem de alio unn creditnr, nisi de per se esset sufficiens illud inducere. ibi, per plures alias auctoritates, et per Alex. consi. 110. col. 3. vol. 3. vide ad hoc omnino Petr. Gir. singul. 39. ibi, quod quando in vno instrumento fit mentio de alio instrnmento, vide quæst. Dec. & Soc. in Auth. si quis in aliquo, vers. quarto limita, de edendo. vide supra decis. 48. vide Curtium cons. 77. 1. col. ibi, nun facit fidem. adde ad id quod dicit, quod scilicet facit fidem quando de per se est sufficiens, qui tetigit in l. si quis pro eo, octauo membro, ff. de fideius. quem sequitur Alex. cons. 40. vers. potest & quarto, in 1. vol. quod vbi accessorium non potest valere vt accessoriũ valet, vt principale mediante iuramento, si principale valere potest, vide etiam in præcedenti decis. dum dicit, quod venit priuata quæ de per se faceret fidem, ideo vide Bald. in l. 1. C. de episc. & cler. & in l. enim, §. in omnibus, C. de cad. toll. & in cap. 1. §. fi. qualiter olim feudum potest alien. & glos. in l. vt liberis, C. de collat. & in l. admonendi, ver. constitutionibus, de iureiur. vide multa vltra ea quæ hic ponuntur, per Ias. consil. 13. in 5. vol. & Soc. consil. 95. vol. 2. in princ. in nouis. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 273.

Ad istam decis. vide supra decis. 48. vbi si notarius facit mentionem de alio instrumento, licèt ipse dicat, quod sit eius manu confectnm, non probat plenè, & vide supra decis. 93. vbi pulchrè. & Soci. in Auth. si qnis in aliquo, col. 2. versic. ex quibus, C. de edend. an autem solennitas compromissi præsumatur, vide quod non Alex. cons. 6. vol. 4. & Lupum allega. 77. col. 4. & Dec. consil. 36. & infra decis. 343. Alexan. consi. 147. per totum, vol. 6. & cons. 191. per totum, eod. vol. 6. Barb. plenè, cons. 8 num. 37. vol. 2. Caccialup. in repet. l. admonendi, num. 5. cũ sequen. de iureiur. Soc. cons. 120. col. 1. & cons. 166. col. 1. & sequen. & consil. 231. col. 1. Franc. de Cur. consi. 77. ibi hic iuribus, adde Ias. in l. iurisgẽtium, §. ferè, ff. de pact. & in d. Auth. si quis in aliquo, Franc. Niconit. in repetit. capit. quoniam contra, fol. 154. num. 5. de probat. *Prosp. Caran.*

Super Decis. 273.

Vide supra decis. 48. num. 2. vbi si notarius facit mentionem de alio instrumẽto, etiam si notarius dicat quod ipse fecit illud non probat plenè, sed semiplenè, nisi ostendat, & vide supra decis. 83. Socin. in Auth. si quis in aliquo, col. 3. C. de eden. quod solennitas compromitti non præsumatur interuenisse, & de 3. decis. vide Alex. cons. 6. vol. ... Lapus in allegatione 77. col. 4. Dec. cons. 36. & in decis. 345. Alexan. cons. 147. vol... & 191. vol... per totum, Socin. consi. 120. col. 1. & cons. 231, & 266. col. 1. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 273.

In princ. adde Lanfranc. in cap. quoniam contra, in ver. de instrum. product. col. 8. versic. Nono quæro, eundem aucto. supra decis. 48. vers. secundo, quia illud instrumentum. & adde vnum quod est menti tenendum, quod vbi petitur executio instrumenti contra fideiussorem, non oportet ostẽdere instrumentnm debiti principalis, dummodo fiat mentio de eo in instrumento fideiussoris, ita notabiliter dixit Bald. & Ang. in l. sciendum, ff. de verb. obligat. quos ibi sequitur Alex. col. 2. & Hippol. in Rubr. de fideius. 17. char. col. 1. circa fin. vers. tene menti prædicta. & fideiussor isto casu opponens talẽ exceptionem non auditur, & adde Dec. cons. 288. quæritur in effectu, col. vlt. vers. postremo.

In eadem decis. num. 4. ibi, Quod si per notarium fiat mentio. Vide eundem infra decis. 245. 2. col. circa fin. *Marc. Anton. Pulu.*

In Decis. 274.

Si est deperditnm instrumẽtum, requiritur probatio scripturarum & amissionis, vide in casibus vbi requiritur scriptura, aliàs sufficeret probatio rei gestæ per testes, vide Decium consil. 302. Adde, quòd sufficit probare amissionem & tenorem per duos testes, ita Hippol. singul. 136. vide supra decis. 166. in fine. Ibi, qui fuerunt præsentes in gestis, vide Decium consi. 82. qualis debet esse testis qui deposuit de scripturis deperditis, vide posita per me in l. sicut, C. de fide instrumentorum. *Ioan. Angel. Pisan.*

Decis. 274.

Ad materiam istius decis. vide Hippo. in decis. repetit. rubr. de probatio. col. 69. & sequent. & Guido. Pap. singul. 543. in fi. & Dec. cons. 62. col. 2. & Boet. in singularibus suis, in verb. instrumentum, nu. 13. fol. 17. in parua impressione. & Curt. iun. in l. admonendi, col. 57. ff. de iureiuran. vbi ponit pulchrum dictum. in hac materia amissionis instrumenti, &

S alias

aliam notat. de qua materia vide Ias. consi. 42. vol. 1.
Duo testes probant notorium & famam. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 274.

De materia huius decis. vide Hippol. in repetit. rubr. C. de probat. col. 69. cum seq. Guid. Pap. singul. 543. in fine. Dec. consi. 82. col. 2 & Bouer. in suis singularib. in verbo, instrumentum, num. 13. fol. 17. in parua impressione. & vide Curt. iunior. in repetit. l. admonendi, col. 57. ff. de iureiur. vbi in hac materia amissionis scripturarũ pulchrè ponit, de qua etiam materia vide Ias. cons. 42. vol. 1. *Hieron. de Martino.*

Decisio 275.



Legatum simpliciter solutum in vita testatoris transit in donationem, secus si nominatione legati donatio acquiritur absenti quando ei est notificata. Ibi, interim habet solutio, vide Socin. cons. 100. col. 4. in princip. vol. 1. Ibi, allegat l. filia, C. de leg. quòd si testator legat centum pro dote, & demum ipse soluit, quòd censetur animo compensandi, vide quæ habentur in decis. 44. in secundo dubio. Ibi, transit, scripsi ibi, & sic non potest esse donatio, vide in decisio. 361. Ibi, transit dominium, vide Franc. de Aret. consi. 37. col. 2. & 4. & Ias. col. fin. de constit. vide de veritate per Capic. decis. 180. ver. secundo. 200. ducatos, vide Roma. consi. 295. ibi, per clausulam derogatoriam, vide Paris. cons. 80. omnino col. penult. & fin. volum. 3. & consi. 88. num. 97. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 275.

Contra istam decisio. vide Cott. in suis memor. in littera L. in verbo, legatum factũ à testatore, ex tex. in l. datum, C. de legat. quem ponderat Loazes in repet. l. filiusfamilias, §. diui, de leg. 1. colum. 3. & vide vnam pulchram quæst. quam ponit Iacobi. in l. quæ acta, 37. quæst. de offic. procurat. Cæs. quæ facit multum ad hanc quæst. & vide Crem. sing. 15. & Crot. in repetit. rubricæ, ff. de legat. 1. num. 36. & Bald. in l. filia, C. de legat. vbi Ias. & idem Ias. in l. filiæ, C. de collat. & Niconit. in repetir. cap. quoniam contra, fol. 39. num. 53. de prob. vbi more suo multa dicit. & Gulielm. Benedic. in repet. cap. Raynutius, fol. 348. num. 142. in Glos. si absque liberis morietur, de testam. sed quid si testator dicit in testamento: Dono Titio fundum, qui est præsens, & acceptat, an erit donatio inter viuos. vel dicit, dono, vel lego. vide Crot. in repet. rubricæ ff. de legat. 1. nu. 27. cum sequen. & Aretin. Instit. de legat. §. 1. num. 6. & Iacob. de Nigris, in d. rubrica, de leg. 1. col. 12. Soci. consi. 19. num. 6. vol. 4. ibi, cum potestate capiendi propria authoritate. Ista verba sunt contra naturam legati, cum à manu hæredis legata capi debeant, non propria authoritate, §. legatum, Instit. de legat. & de materia vide eundem Afflict. in cap. 1. de feud. dat. in vic. §. si quis inuestierit, col. pen. vbi multa. Adde tamen vnum, quod de rigore pactum factum, quod liceat ingredi propria authoritate potest exerceri etiam contra tertium possessorem rei, vt notat Bald. in l. si Titius, ff. de seruis exportan. Hodie verò in Sacro Consilio non seruatur non solum contra tertiũ, sed nec contra sic paciscentem. cum qua practica concurrit Glos. in l. creditores, C. de pignor. & hypoth. sed vrbanius est agẽdum, vt dicit ille tex. Idem citandus est possessor. ibi, respondetur, vide Afflict. in cap. si quis inuestierit, col. penult. vbi multa, de feud. dat. in vic. leg. Ibi, nec obstat, quod donatio. Donatio inter uiuos potest fieri in testamento, l. hæredes palam, §. fin. ff. de testam. Nec reuocato testamento erit reuocata, secundum Bald. in cap. 1. in fi. de feud. dat. in vic. & Roman. cons. 171.

Donatio facta absenti non valet, nisi absens habuerit notitiam, & possessionem cęperit.... pdicta. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 275. num. 7. vers. nec obstat.

De materia donationis factæ absenti, vide Capel. quæst. 383. vbi pulchrè per glos. & an ualeat in vim fideicommissi, Corn. in cons. 256. si interuenerunt quinque testes. & de hac materia, vide Aretin. consi. 17. col. 4. vbi quid si absente donatore dicat donatarius, sum contentus recipere donationem mihi factam sine nuncio, an ualeat, Hippol. in l. si quis ne quæstionis, col. 13. ff. de quæst. & Cagnol. in repet. rubr. de verb. oblig. col. 2. fol. 12. *Hier. de Mart.*

In Decis. 275.

In decis. 275. num. 3. ibi, Vt in simili dicit Andr. Adde eundem Andr. in constitut. Reg. si dubitatio, in principio.

In eadem decis. num. 8. ibi, Donatio absenti facta non ualeat, vide Rom. cons. 295. *M. Ant. Pulu.*

In Decis. 276.



Osculanti mulierem in publico ea nolente imponitur pœna iudicis, in ciuitate Neap. est pœna mortis, & pondera istam decisionem. *Ioan. Ange. Pisan.*

Decisio 276.

Adde eundem Afflict. in constit. Si quis rapere, col. 2. in fine. & Dec. cons. 276.

Pœna contra osculantem virginem contra eius uoluntatem in publica platea.

Vide Aegidium Boss. in tit. extraord. crimi. nu. 3. ubi dicit aliter quam Afflict. hic. & quod Glos. d. l. primæ, loquitur in osculu sine ui. *Prosper Carau.*

In Decis. 276.

In princ. Adde eundem in constit. si quis rapere, 3. col. circa fin. versicu. quid autem, & uide capit. Regis Roberti, incipien. Vt fine mortalis peccati, chat. 246.

In ead. decis. num. 6. ibi, Quia illa gl. in §. in summa. Adde Ias. in l. & si legibus, C. si cont. ius, vel vril. pub. ubi omnino de ueritate illius gl. Fel. in c. ex litteris, col. 9. in fi. versi. tertia declaratio, de constit. latè etiam examinantem de ueritate illius glos. & an, & quando iudex in arbitrarijs possit imponere pęnam mortis, & Parid. in tract. syndi. in vet. an si statutum, chat. 84. *M. Ant. Puluerinus.*

In Deci-

In Decis. 277.



ESTRA deponentes rem esse feudalem non probant, nisi reddant causam scientiæ, & non interrogati in factis antiquis opinio generalis & indifferens habetur pro veritate in princ. istam primam opinionem si excedit tempus centum annorum, firmat Alex. cons. 15. vol. 5. Ibi, & dicitur factum antiquum, vide multa de antiquitate per Curt. cons. 77. col. 2. & 3. & seq. ibi, & quòd non sint interrogati, vide decisio. 361. in fi. ibi, & quia fuit præsens, vide Bal. cons. 82. incip. Proponitur, col. pen. ver. subsequẽdo, in 1. vol. & tenet, quòd si esset deperdita inuestitura, quod possit probari per testes, idem si non possit probari per breue testatum, aut per pares, tenet Andr. in c. 1. de prob. inuest. vide eundẽ Afflic. in decis. supra 243. meminit Gozad. cons. 8. num. 8. Ibi, quòd omnis res præsumitur libera, nisi probetur seruitus, vide Deci. cons. 8. col. fin. vbi determinat pulchram quæst. vide Iacob. in tract. feu do. in verbo, castro. col. 4. & in verb. qui quidem, col. 2. & in verbo, dictique vasalli, col. 3. & vide ad hoc Deci. cons. 85. vbi tenet in dubio quamlibet rem præsumi liberam, Soci. omnino in l. 1. ff. de acquir. poss. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 277.

ADDE Barb. cons. 18. num. 41. vol. 2. ibi, & dicitur factum antiquum, vide omnino Ias. in l. cum aliquis, C. de iure delib. & supra decis. 23. & eũdem Afflict. in c. cum autem, col. 3. de controuer. inuest. vbi si venditur res cum consensu superioris præsumitur feudalis, & ibi allegat Andr. & ibi dicitur, quòd præsumitur feudum, quicquid est intra fines feudi, quod intelligas esse verum, si magna pars est de feudo eorum quæ vasallus ibi tenebat. & de hoc vide supra decis. 267. & quę ibi notaui. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 277. num. 6.

ADDE aliam decis. supra 267. *Hiero. de Mart.*

In Decis. 277.

IN princip. Testimonium de auditu proprio, seu alieno non probat, l. testium, C. de testib. c. licèt ex quadam, de testib. facit tamen indicium, seu præsumptionem, quia transfert onus probandi in aduersarium, Rom. sing. 341. Testimonium de auditu. Felic. cum in literis, col. vlt. nu 7. de testib. Et an fama faciat plenam fidem, Fel. c. veniens, 3. col. versic. prima conclusio, eo. tit. Dec. cons. 146. col. 7. circa med.

In ead. decis. nu. 3. ibi, Et dicitur factũ antiquum, Adde Ias. l. cum aliquis, vlt. col. ver. sed circa ista occurrit, C. de iure delib. Matth. infra decis. 245. 2. col. vers. in contrariũ. supra decis. 13. vers. est enim considerandum. Bald. Auth. quas actiones, col. vlt. vers. quarto & vltimo quæro, C. de sacrosan. eccles. Dec. cons. 42. & pro facultate mea, col. 8. in princ. Et an in instrumentis antiquissimis oporteat probare, quòd notarius fuerit notarius, vide Bald. in Auth. col. vlt. vers. ego dico, Dec. cons. 36. 2. col. vers. secundo non obst. cons. 42. col. 2. versic. venio.

In ead. decis. num. 4. ibi, Ad probandum, quòd res est feudalis, Adde eundem Matth. supra decis. 255. & 267. & 129.

In ead. decis. num. 6. ibi, Item talis possessio. Vide

ad hoc bonum tex. in c. 1. §. defuncto, si de feud. fuer. controu. inter dom. & vasal.

In ead. decis. num. 7. ibi, Res non præsumitur feudalis. Adde Dec. cons. 269. Consultus, colum. 1. in princ. eundem 267. & omnino Iacobin. l. circa, col. pen. versic. colligitur ex hac glos. ff. de probationib. *Marc. Ant. Puluer.*

In Decisione 278.



HAERES si reuocat alienationẽ rei feudalis à bonæ fidei emptore, debet pretium restituere etiã prout reperitur res. Ibi, & quidam Doctor, si constat facta venditio feudi paterni, quòd non poterat alienari in præiudicium agnatorum, quòd agnati mortuo venditore possint reuocare non restituto pretio, tenet Decius cons. 144. col. 2. vide omnino. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 278.

ADDE huic decisioni Dec. cons. 464. nu. 9. vol. 3. & cons. sequen. num. 6. & cons. 558. num. 9. vol. eo.

Ibi, item quod ego tanquam hæres. omnis res præsumitur libera, nisi probetur contrarium. Iacobi. in l. circa eum, num. 10. ff. de prob. vbi dicit, quod non præsumitur feudalis seu emphyteutica, sed allodialis. & quod domini terrarum non fundant ex hoc so lo intentionem eorum, quia res sunt sitæ in eorum territorio, si uelint allegare eas esse feudales, vel emphyteuticas: quia præsumuntur liberæ, nisi aliter probetur contrarium. de quo uide Barbat. consil. 5. & 8. vol. 1. vbi singulariter. & Curt. consil. 50. nume. 370. vbi dicit feudum esse speciem seruitutis. & cons. 76. num. 1. & 2. vbi dicit, quòd omnes res præsumuntur allodiales, non feudales habito respectu ad habitum originalem, propter naturale statutum rerum, nisi probetur aliqua alia qualitas seruitutis apposita. & ista præsumptio transfert onus probandi in aduersarium. Quæro tamen nunquid uerba narratiua Principis, quod res est feudalis, probent. vide Alexand. consil.... vol. 5. col. 1. & an probetur feudum ex fama, vide not. in cap. veni. de verb. signi ficat. & l. atque natura, §. cum me absente, ff. de neg. gest. Ibi, fuit ergo conclusum. & ibi, emptor iste. vide Barbat. cons. 40. num. 11. vol. 1. & Alexand. consil. 154. num. 1. vol. 6.

SI pater necessitate coactus vendiderit quoddam petium terrę, quo mortuo filius agit contra emptorem asserendo terram esse feudalem. si fuerit feudalis, amittet pretium, & terram, si sciebat emptor esse feudalem: si verò ignorabat, non amittet pretium. & ita dicit constitutio. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 278. num. 6.

ADDE Dec. cons. 105. *Hier. de Martino.*

In Decis. 278.

IN decis. 278. num. 2. in fi. ibi, Ergo & eius hæres. Adde eundem idem firmantem in prędicta constitut. diuæ memoriæ, 13. col. versic. octauo nota. & contrarium eius, quod hic dicit firmat l. decis. 113. 2. col. circa fin. ver. ideo maximè, & vide supra decis. 240. in 3. dubio.

In ead. decis. num. 5. ibi, Fuit ergo. Adde eundem in præallegata constitut. 14. col. in fi. ver. sed de pretio restituendo. *M. Ant. Puluer.*

In Decisione 279.



REDITOR potest agere ante diem vt soluat in die, vel quod caueat de soluendo, vide supra decis. 108. *Ioan. Angel. Pisan.*

Decisio 279.

AD istam decis. adde Bald. cons. 169. num. 1. volum. 3. & Hippol. singul. 355. vbi de materia, vbi habetur, quod petenti ante diem duplicantur induciæ, & text. in §. hodie autem, Instit. de except. & idem in petente ante euentum conditionis, vt tenet Iacob. in l. pecuniam, nu. 4. ff. si cert. pet. vbi Ias. plenè de hac materia, & per Bald. consil. 169. volum. 3. aliàs consil. 369. vol. 1. & Alex. cons. 83. num. 4. vol. 6. hoc fallit in fisco, qui ante tempus potest exigere debitorem imminente necessitate, vt per Iacob. & Ias. in d. l. pecuniam, & de ista materia vide Ange. Aret. in §. appellantur, colum. 3. in fi. Instit. de except. & an quis perdat actionem, si ante tẽpus petat, vide Bald. consil. 169. vol. 3. aliàs cons. 369. vol. 1. & Cuman. consil. 49. in medio, col. 4. & vide text. in d. §. hodie, Instit. de except. vbi dicit, quod de iure antiquo petens ante tempus amittebat actionem, hodie secus; quia duplicantur induciæ, id autem quod dictum est inducias duplicari, intelligas procedere, quod duplicatur tempus, quod superest postquam petijt, non autem totum tempus, quod habuit a principio, vt nota. voluit Ias. in d. l. pecuniam, ff. si cert. petat. per text. in l. aut damnum, §. quisquis, & quod ibi notat. ff. de pœn.

Ibi, secus in debitore ad diem ex conuentione. Adde quod hoc verum est, nisi post contractum deteriorasset cōditionem suam, per l. si creditores, ff de priuileg. creditor. quia tunc teneretur cauere, & cum fideiussoribus, ita Cyn. in d. l. vniuersa, vbi hanc materiam tam optimè tractat, vt non possit vltra quid desiderari, & dum dicitur hic quod debitor in diem ex dilatione legali tenetur satisdare, intellige id est cauere, & sic sine fideiussoribus, vt dicit Cyn. loco prædicto.

Creditor potest agere ante diem contra debitorem ad soluendum dotem attento in dote dilatio data est a lege ad soluendum. *Prosper Caranita.*

Super Decis. 279.

VIDE Alex. in l. pecuniam, si cert. petat. Bald. in l. 1. de condict. ex l. & in l. quod si dies, ff. de petit. hered. qui dicunt quod duplicantur tempora reo conuento ante diem, ista de exceptio. intellige non tota, sed pro rata tẽporis, quæ ante tempus petatur, idest quod tempore petitionis supererat. Bald. Ludou. & Alex. in d. l. pecuniam, & ibi ponũt limitationes, nisi quis agat ante diem, & de materia huius decis. vide Hippol. singul. 355. Alexand. cons. 95. num. 2. incip. In causa, & lite. vol ... Bald. cons. 169. & creditor petens ante conditionem tenetur expectare duplicatas inducias debitori. Iacobi. in l. pecunias, nume. 4. ff. si cert. petat. fallit in fisco, qui ante tempus potest exigere debitorem imminentem necessitate, Iacobin. ibi ponit alias limit. & de ista materia vide omnino Ang. Aretin. in d. §. hodie. *Hieron. de Mart.*

In Decis. 279.

IN princ. Sed quid dicendum, si debitor velit soluere pecuniam quam debet ante tempus, an creditor cogi possit ad recipiendum, dic quod non, nisi debitoris intersit, vt l. si pecuniam, ff. si cert. petat. l. Titius, ff. quæ pign. oblig. poss. tamen volo quod scias casum, in quo nunquam creditor cogitur recipere ante tempus 13. quando aliquis debet aliquid quod cursu temporis potest deteriorari, vt vinum, oleum, & granum, dictum est sing. Guliel. de Cun. in l. comparationes, C. de fi. instrum. sequitur Ang. in d. l. Titius, & Hippol. singul. 146. incip. Creditor non potest. & adde casum in quo debitor in diem potest cogi ad soluendum ante tempus, vt in eo qui est debitor fisci, vide Ias. in l. in diem, ff. de cond. indeb. *Mar. Ant. Pulu.*

In Decisio. 280.



ENDITIO facta ad mensuram non dicitur perfecta quo ad hoc vt periculũ sit emptoris vel quo ad obligationem, quia ante mensuram non est nata, bene tamen dicitur perfecta quantum ad augmẽtum pretij, vel ne possit recedi a contractu, venditor tenetur ad interesse si non tradit rem venditam in tempore promisso, vide infra decis. 399. vide Soc. cons. 26. in fine, in nouis. vide Socin. cons. fin. in 3. vol. vide Capic. decis. 14. col. 2. vide quæ dicit Decius cons. 179. & Curtius cons. 74. col. penult. & Felin. contra Decium. ibi, tamen quia mora, vide Bartol. & Docto. in l. quæro, de actio. emp. ibi, in tempore conuento agitur quando est diuersa consuetudo, tunc actus est cōficiendus secundum consuetudinem conformem iuri communi, adde tamen quod si adest duplex consuetudo posterior primam tollit, Bart. in l. sed si ego, §. de eo, ff. de petit. hered. & Bal. cap. 1. §. notandum, qui feudum dare possint, vide supra in decis. 183. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 280.

EST opinio aliquorum, quod in contractu rerum cōsistentium in numero, pondere, vel mensura, quæ certa die debet consignari, & non consignantur eadem die, quod possit discedere a contractu, sed est falsa, & contrarium fuit decisum.

Ibi, & quod liceat emptoribus, & ibi, quod si res vendita. Adde Curt. iun. consil. 74. nume. 16. & cons. 82. nu. 2 & 3. ibi, primo dicitur perfecta, an & quãdo venditio dicatur perfecta? vide Rom. cons. 91.

Ad hoc secundum dubium, vide ad saturitatem Alexand. & magis plenè Aretin. & ibi etiam Socin. in l. quod te, ff. si cert. petat. hoc idem Gramm. consil. 11. in consi. ciuil. nu. 3. qui allegat eand. doctrin.

Nota quod si venditor fuit in mora tradendi rem venditam, tenetur emptori ad interesse contingens post mortem. *Prosper Caranita.*

In Decis. 280.

IN decis. 280. num. 7. ibi, secundum dubium est. Vide omnino eundem, supra in decis. 194. & in decis. 90. *M. Ant. Pulu.*

In Decis.

In Decis.281.



Inde supra decis.183. mater præfertur auiæ paternæ in tutela. ibi, vide id quod dicit Bart. vide Alex. cons.23. in princ. vol.3. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 281.

Adde hic supra decis.257.352.& 207. quia faciunt ad hanc materiam, sed ex ista decis. potes colligere matrem & auiam admitti ad tutelam, & est text. in Auth. matri & auiæ, C. quando mul. tut. officio. aliæ verò mulieres non possunt esse tutrices, quia est virile officium, l.1. C. quan. mul. tut. officio. est tamen verum, quod si mater transit ad secunda vota ipso iure perdit tutelam filiorum, §. quod, verò, ver. mox, in Auth. vt fine prohib. Corn. consi.113. in in littera C. vol.4. nec distinguit sit testamentaria vel legitima, vt in cap. ex parte, vbi Fran. col.1. de appel. nisi testator expressè dixerit, quod salua tutela possit accedere ad secunda vota. text. est nota. in Authent. de nupt. §. disponat, & Bald. & Præpositos in d. cap. ex parte, licèt videantur repugnare quæ scribit Guid. Pap. singul.683. & Dec. cons.539. est tamen, quod si fuit facta executrix in testamento, non expirat per secunda vota, vt not. Bart. in l. à filio, ff. de alim. leg. licèt contra Afflict. in c. si quis miles, col.3. de feud. sine culp. non amit. adde tamen, q̄ licèt mater diligens vsque ad triennium cogatur alere puerum, tamen si transit ad secunda vota, desinit esse legitima educatrix, Bald. cons.122. in fine, vol.3. in antiquis, quod nota. & uide Doctor. in d. c. ex parte, & Bart. in l. quæ tutores, C. de administrat. tutor. & Bald. in l. humanitaria, vet. nunc veniamus, C. de impub. & al. subst. Paul. cons.162. & 113, Aochar, cons.316. In causa, quæ vertitur, col. pen. in fi. versic, & antequam ad istam veniam, vbi est bona additio, Ioann. de Amic. cons.145, & ad materiam huius decis. Afflict. in d. cap. si quis miles, & plenè per Iacob. in l. quicumque, per totum, ff. de fide instrum, *Prosp. Caranita.*

Super Decis.281. in princip.

Adde, quod licet mater possit esse tutrix filiorum, si tamen transiuit ad secūda vota ipso iure perdit tutelam filiorum, vt §. quæ ratio, versic. mox, in Auth. vt fine prohibit. Corn. consi.115. in littera C. nec distinguitur sit testamentaria, vel legitima, vt in cap. ex parte, & ibi Felin. Franc. col.1. de appell. nisi testator expressè concesserit, quod salua tutela possit accedere ad secunda vota, text. est not. in Authen. de nupt. §. disponat, & Bald. in d. cap. ex parte, licèt videatur impugnare quę scribit Guid. Pap. in singul. 682. & decis. eiusdē Guid.539. officium tamē executoris per transitum ad secunda vota nō expirat, Bartol. in l. à filio, ff. de alim. & cib. leg. licet Matth. teneat contra in c. si quis miles, col.3. de feu. sine culp. non amitt. & adde q̄ mater diligens vsque ad triennium velit nolit auus paternus debet alere puerum, tamen si transit ad secunda vota desinit esse legitima educatrix, Bald. consi.123. in fi. & mortuo secundo viro an reassumat tutelam, quam perdidit per transitum ad secunda vota prædicta, vide Hippol. in l. e-tiam, num.6. de quæstio. vbi dicit quod non. ad calcem decis. prædicta, vide Bart. in cons. suo 142. *Hieron. de Martino.*

In Decis.281.

In prioc. Adde Dec. cons.188. In casu proposito, eundem supra decis.183. vbi dicit an mater præferatur auo paterno, vel è contra in tutela, & Ioan. Petr. in sua pract. in form a libel. quomodo agitur ad redden. rationem in verb. in suo vltimo testamento, 2. colum, vers. quid si mater vidua. *Mar. Anton. Pulucrinus,*

In Decis.282.



Rex confitens alteri feudum planum non facit eum quaternatum, nisi hoc dicat sumptum ex scriptura in actis præsentata facit fidem si in præsentatione fuit pars citata. Ibi, dicti domini ferre Drago, in præiudicium alterius Rex nō potest venire contra suum contractum, vide in decis.293. in fi. & supra 123. Ibi, per dictū Andr. Bal. sequitur Alex. cons 16. col.4. vol.3. Ibi, quia feuda erant deuoluta si Rex succedit Baroni, & concedit aliquid de baronia, videtur vt Baro, non vt Rex concedere, vide Bart. in l. si quando, de appell. & Laud. in tract. de princ. innot. vide eundem in prologo consti.25. in consti. dignum, in sexto not. ibi, & pro ista parte vide omnino Iacob. in tract. feud. vet. & cum pacto de vendendo, col.7. Ibi, contra Regem, & potest assignari ratio quare feuda quæ tenentur à Barone ei applicentur, non autem Regi, nam Rex non potest esse fidelis suorum inferiorum, nec esse in seruitio personali, & ita in alia quæstione consid. Iacob. in ver. dictique vasalli, col. pen. in prin. Ibi, vel alia quę à Comite, vide omnino Iacob. in ver. prædicto, colum.2. eum seq. istam opinionem comproba, nam dominus non potest cogere vasallos illius, ita post Bald. firmat Iacob. in tract. de feudis, penult. col. & vltima ipsum hoc firmat Lau. in tract. de princi. in prima rubr. cons.178. incip. Dux Mediolani, & vide quæ posui in prag. quia sæpe de remissione vasallorum, & quæ scripsi ad Bart. in l.1. C. de offi. præfecti vrbis. ideo Ioan. Faber Instit. de Attiliano tutore, in prioc.4. col. dicebat, q̄ dominus directus non potest in terra Baronis sibi subditi dare tutorem, vel exercere actum iurisdictionis, & in hanc sententiam non soluendo inclinat post multa Curtius iunior consil.2. post tract. feud. Ibi, Lucas de Pen. Et Lucas ibi tenet, quod burgensatica vadunt ad Regem, ibidem etiam quærit quid si possidebat emphyteutica & censualia bona, ita etiam tenet Andr. in d. cap.1. §. turpiter.15. erit, col.4. Ibi, ex hac quæritur si vasallus, quibus modis feudum amittatur, & in cap.1. in addit. qual. versic. iur. fidel. ne dum ipse, sed omnes descendentes eius, vide Curtium in tract. feudorum, in quinta parte, in princ. col.2. alleg. Paris. cons.21. col. penul. in fine, vol.1. vbi post merum & mixtum imperium potest etiam confiscare, vide Lucam in l.1. col.8. in fine, C. de priui. schol. lib.12. Ibi, tenet quod sic, adde quod si habet merū & omnimodam iurisdictionem, dicitur habere ius confiscandi, ita expressè soluit Fulgos. consil.1. de quo fuit recordatus la-

tus Iacob. in tract. de roidis, col. 3. in fine, vbi allegat noi. glos. vide eundem in tract. feudo. in ver. cum ero, col. 2. in fine. Ibi, & dicit Ludo. Roman. credo quod sit singul. 172. tamen non dicitur ibi si dominus habet confiscationem, vide Ludo. consil. 59. ver. secundo, sed an inferior à Principe potest imponere vel comminari sub pœna confiscationis bonorum, vide Soc. cons. 99. col. 12. in princ. vol. 1. vbi tenet quod sic. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 282.

Ex concessione Regia dici potest feudum quaternatum. Vide Brun. cons. 31. num. 15. & limita vt per ipsum, num. 14. *Prosp. Caravita.*

In Decis. 282.

In decis. 282. num. 3. ibi, Et dicebant aliqui domini. Ad istud dubium adde eundem in const. Reg. post mortem, 3. col. in princ. ver. rursus pro declaratione quæro, quem videomnino, & melius, & subtilius examinat hoc præsens dubium, vt in constitut. dignum, col... vers. & tene menti.

In eadem decis. num. 4. in princ. ibi, Quod sit feudum quaternatum. Quę autem dicantur feuda quaternata, vide omnino eundem in d. const. post mortem, 2. col. in fi. vers. iuxta prædicta, vbi dat duas regulas ad hoc.

In ead. decis. num. 5. ibi, Quòd requiritur consensus vtriusque. Adde quòd aliter firmauit idem auctor supra decis. 243.

In eadem decis. num. 10. ibi, Nam Princeps. Adde Ias. in vsib. feud. col. 3. in fi. vers. quid autem latè examinantem hanc decisionem, & ibi uidere poteris ad satutitatem de veritate huius dicti Baldi.

In ead. decis. num. 11. ibi, Benè ad hoc facit. Adde quòd istud dictum Baldi sequitur Ludo. de Vrbe, in sing. 617. Tu sai, quòd Regnum Apulię.

In eod. num. 11. ibi, Secundum dubium est. Ad istud secundum dubium, vide Ias. in l. 3. §. ex contrario, col. 19. vers. sed caue. eundem in constit. pœnam eorum, 10. col. vers. sed an bona. in constitut. si quando aliquem, col. pen. vers. fallit, nisi Rex concessisset. vide glos. in constit. post mortem, in verbo, ad concessionem, & quæ ibi latè in apostilla cumulaui. Sed quid è contra, Si Baro commisit rebellionem vtrum feudatarius priuari possit feudo, vide Ioan. Fab. in §. finitur, vers. & hæc faciunt, de vsufr.

In ead. decis. nume. 14. ibi, Dicebat d. Traianus. Adde And. in cap. 1. §. denique, quæ sit prima causa benefi. amitt. sed aliter dicit idem And. in c. præallegato, §. præterea si vasallus, 8. col. in fi. vers. sed certè non est ratio. *M. Ant. Pulu.*

In Decis. 283.



Nullitas resultans ex inspectione processus impedit executionem, & sententia lata non præcedente citatione ad eam audiendam ualet, secus si à princ. non esset citatus. Ibi, & de ista nullitate, vide de nullitate resultante ex inspectione actorú, per Socin. cons. 4. col. 5 in nouis. & consi. 27. col. 2. vbi si star statutum, quod non possit dici de nullitate contra laudum, tamen potest dici nullos ex defectu compromissi, vide infra in decis. 403. In secunda charta. & Socin. consil. 78. in nouis, 1. & 2. col. vide amplissimè de nullitate ex inspectione actorú, quæ cumulauit Barbat. cons. 19. aliàs 43. & 2. col. vol. 1. Ibi, vbi pars est præsens, vide glos. in constit. Regni vuiuersis, in ver. publicatorum, & in ver. conclusionem, vbi dicit, quod publicatio & conclusiu sunt de substantia, secus de iure communi, vt notatur in c. licet Hely, extra de simonia. per Fel. ibi cap. Regni, quod incipit, detestantes, ex hoc corruit consilium Alexand. 2. col. 3. vol. 3. aliàs 1. Ibi, secundum nullitates alleg. vidi practicatú, quòd si fuit facta citatio ad dicendum infra triénium, quòd perpetuatur instantia ad aliud triennium, & si demum fiat alia citatio in illud aliud triennium, quòd similiter perpetuatur in aliud, ita Sacrum Consilium interpretatur pragm. quæ loquitur de instantia non restitu. & fuit in causa Magnifici Syluestri Tomacelli cum cognatis suis, & tunc ego recordatus fui, quòd in causa illorum de Colo cum hæredibus Ioan. Andreę Fagillæ Sacrum Consilium fortius practicauit, quòd sufficit una citatio ad dicendum etiam, quod elapsi essent nouem anni, & sic tres instantiæ, & aliàs uidi in processu in quo est hoc decretum sub die pen. Iulij 1507. in causa Ioan. Pauli de Afflic. cum Iacobo & Rogerio Saluidio super officio Guardianatus Portuum Calabriæ, & peremptione instantiæ opposita, communi omnium voto cum Magnifico Iacobo de Agello & Marcelli Galellę Præsidentem Regię Cameræ Summariæ, in eodem Sacro Consilio conclusum est, quòd non obstante oppositione peremptionis instantiæ stante stylo Sacri Consilij procedatur ad sententiam, ibi 18. anni sine tutore, vide Iason. in l. succede. col. 14. ff. de verb. obligat. Ibi, potest esse in iudicio possessorio minor potest litigare sine curatore, intelligas quãdo non defendendo, ita Bal. post Bart. in d. l. momentaneæ, & firmat Specu. in titu. de actoré, §. primo, col. 2. Ibi, sed de ista nullitate, vide infra decis. 346. in fine. Ibi, secus quando nullitas, vide infra decis. 391. vbi an Princeps possit tollere ea quæ sunt de iure positiuo, vide Iacobinum in ver. & promiserunt, col. fin. in tract. feudo. Citatio ad sententiam, vel ad dicendum impedit peremptionem instantiæ. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 283.

Exceptio nullitatis statim impedit executionem sententiæ, l. fin. C. de ord. cognit. nisi esset tale factum, quod non posset separari, quam etiam tunc non liquida suspendit. Bald. in l. 2. C. quorum appellatio non recip. & exceptio nullitatis requirens altiorem indaginem, si non probatur ex actis, non inpedit executionem sententiæ, vt sentit Bart. in l. si expressim, ff. de appellat. & Doct. in l. tale pactum, ff. de pact. & in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. secus si nullitas probatur incontinenti. l. iudicati. C. si ex fals. instrum. & quando dicatur probari incontinenti. Bat. in dicto §. condemnatum. & Hippol. in sua pract. crimin. §. vltra quod. num. 16. vbi plenè. & cons. 16. num. 18. Paul. cons. 260. num. 1. vol. 1. Bart. cons. 51. num. 35. vol. 1. dicit, quod statutum remouens omnem exceptionem, intelligitur de friuola. Bertran. cons. 58. num. 2. vol. 3. & cons. 378. num. 12.

num. 12. vol. 1. & adde Corne. cons. 208. vol. 3. An autem sententiæ exequutio impediatur per exceptionem nullitatis, si offeratur probari incontinenti per excipientem. Barbat. cons. 44. num. 12. & cons. 66. nume. 16. vol. 1. & vide not. infra decis. 336. quia nullitas, quæ per inspectionem actorum videtur, est exclusa. & nullitas sententiæ quando dicatur notoria? Barbar. cons. 18. num. 2. & 5. vol. 1. & Hippol. sing. 88. & Corn. consi. 208. vol. 3. vbi exceptio litis pendentię super nullitate nō impediat exequutionē. Bertr. cons. 127. vol. 3. num. 48. Dec. cons. 73. tenet contrarium. & quid de exceptione falsi, Ias. cons. 85. vol. 1. & 176. nu. 5. vol. 2. plenè Guid. Pap. decis. 50. Alex. cons. 77. num. 11. vol. 3. & vide decis. Parla. 50. & Afflic. in const. appellationum tempora. 13. notab. & Corn. consi. 208. vol. 3. Aret. consi. 75. & Afflict. in constit. dilationes, col. 8. Abb. cons. 5. num. 2. vol. 2. Barb. omnino cons. 18. nu. 2. vol. 1. per totum. Roman. consi. 42. & consi. 51. & melius consi. 323. Postulato suffragio. Calcan. consi. 51. col. 10. Barb. consi. 21. vol. 3. Bald. consi. 293. Factum sic. col. 3. ibi, secundo pro parte, vbi stante statuto remouente omnes exceptiones nullitatis nec inhabilitatis personæ, vol. 3. in littera A. la 2. & consi. 440. col. 1. vol. 4. Socin. consi. 78. vol. 3. Dec. consi. 231. ibi, De ista nullitate uide eundem Afflict. in prælndio constitu. q. 9. col. 3. & supra decis. 182. col. 2. in princ. & Bald. in sua Margarita, in ver. sententia, num. 160. Aretin. consi. 62. Contra sententiam, In princ. vol. 1. quod vide, quia solenne. & Bald. in sua Margarita, in littera C. num. 78. vbi limitat, nisi vtraque parte præsente, num. 95. & 58. Sed an Princeps possit omittere citationem in sua sententia? vide Socin. in l. si quis arbitratu, num. 30. ff. de verb. obligat. vbi an in laudo arbitri requiratur citatio. & ibi etiam Iason. & vide omnino Calcan. consi. 15. in littera Q. & ibi in littera C. tangit, an citatus ad omnes & singulos actus intelligatur etiam citatus ad sententiam. & vide Barbat. cons. 18. num. 12. vol. 1. vbi notab. Curt. consi. 20. nu. 6. cum sequent. & consi. 50. num. 425. cum seq. Hieron. de Tortis in consi. in fauorem Florentinorum, col. 12. dicit, quod in tantum requiritur citatio ad sententiam, quod si in toto processu pars fuit contumax, adhuc requiritur, quod citetur, Hippol. in repetit. l. denuo quoque, col. 14. ff. de re iudic. & si de aliquo actu constat, an præsumatur citatio? Abb. consi. 29 col 1. circa finem. & Alexan. omnino consi. 105. volum. 5. col. 1. in fine. & adde, quod in tantum requiritur citatio ad sententiam, quod sententia lata in fauorem absentis non citati non valet. Petr. de Rauenna in suo Compend. Iuris Canonici, fol. 165. colum. 2. in principio, in titu. de immun. vbi omnino videatur. & Iason in l. & furioso, num. 3. ff. de re iudicata. vbi ponit aliquas limitationes. & Niconit. in repetit. cap. quoniam contra, fol. 95. nume. 54. de probationib. & Bald. vbi plenè decidit in Authent. si quis in aliquo, C. de edendo. & Alexand. consi. 41. volum. 2. & Hippolyt. consil. 75. vbi de materia citationis. Abb. consil. 39. vol. 2. Alexand. consi. 200. vol. 6. Bertrand. consi. 232. num. 5. Dec. consi. 618. num. 3. volum. 4. *Prosper Carauita.*

In Decisione 283.

In princ. ibi, Quod dicta sententia est nulla Circa autem istam nullitatem sententiæ, adde eundem in const. dilationes, col. 4. & 5. vers. ego obtinui, & vers. item in quem, & in const. appellationum tempora, col. 10. vers. sed iuxta hoc; adde ea quæ cumulantur ad hanc regulam per Felin. c. ex tenore, col. 4. in fi. vers. regula non præstat, de rescript.

In princ. num. 1. ibi, Similiter dicimus. Adde, notata pro Ritu Mag. Cur. Vic. & ad hoc bene faciunt not. per Bart. l. 3. §. condemnatum, in fi. ff. de re iud. & hanc sententiam sequitur Ludo. Roma. cons. 42. Visis, 1. colum.

In ead. decis. num. 3. ibi, Ex quo litis contestatio. Adde, sed an per responsionem factam ad articulos conclusiuos, fiat litis contestatio? vide decis. Rotæ, num. 76. Felin. c. 1. 2. col. de lit. contest. Et quòd omissio litis contestatio reddit iudicium nullum, vide Dec. cons. 302. 2. col. vers. secundo, quia in casu isto.

In ead. decis. num. 3. in fi. ibi, Dixit glos. Auth. qui semel. De ueritate huius glos. vide Alex. in l. si finita, §. Iulianus, 9. col. in fi. ff. de dam. infec.

In ead. decis. nu. 4. ibi, Secunda nullitas. Vide Parid. in suo tract. syndic. in ver. restat unum, char. 98.

In eod. nu. 4. ibi, Etiam in consistorio Principis. Aduerte, quòd est uerum quo ad causas cęptas in alijs Curijs, secus quo ad causas inchoatas in S. C. nam tunc esset secus, vt audiui à quodam Regio Consiliario.

In ead. decis. num. 5. ibi. Et sic est ipso iure nulla. Adde eundem infra in decis. 346. in fine.

In ead. decis. nu. 6. Sed de ista nullitate. Adde, de antiquo stylo S. C. est, quòd nō fit citatio ad audiendum sententiam, & ista citatio habet uim citationis ad audiendam sententiam, vt elegāter idem Matth. declarat in const. obscuritatem, 4. col. in fi. & in prælud. cōstit. 9. q. 3. col. in fi. & quòd de iure communi obmissio citationis ad audiendā sententiā reddit sententiam nullam, vide Rom. cons. 248. hęc sententia; & de multiplici stylo S. C. vide supra decis. 78. in fi. & ibi quæ posui in apostilla. *M. Ant. Pulucr.*

In Decisio. 284.

In ead. decis. nu. 10. ibi, Sine consensu Regis. Adde Felin. cap. quæ in ecclesiarum, colum. 27. versic. in eadem glos. de constit. Matthę supra in decis. 265. col. 6. versic. an autem si uasallus. & adde, quòd licèt vasallus possit domino inuito renunciare feudo, & ei non teneatur seruire, non tamen debet eum offendere in memoriam pristini dominij, quam conclusionem intellige sanè, vt per Felinū in dicto cap. col. 28. versic. fallit quinto. & adde Iacobinum in tracta. de feud. in verbo, & vnus ex dictis vasallis, char. 58. & in tracta. de homag. colum. 54. versic. secundo casu.

In ead. decis. num. 13. in fi. ibi, Nec etiam eius hęres. Adde eundem in decis. 370.

In eadem decis. num. 20. ibi, Item quia ista licentia. Adde, nota. contra Ducem Grauinensem, & non nullos alios Barones huius Regni, qui tempore obsidionis ciuitatis Neapolis habuerunt licentiam à Principe Orangiæ exeundi à ciuitate Neapolit. qui post accesserunt ad exercitum Francorum, & præstiterunt homagium Regi Francorum. *Marc. Ant. Puluerinus.*

In Deciſ. 308.

FILIVS qui ſciente patre gerebat negotia patris obligat patrem habens mandatum de emendo & vendendo, dicitur instituta taciturnitas iuncta cum actu iudicante conſenſum obligat patrem. In ea. ibi, per hoc non tenetur ad dictum debitum, & per conſequens vide Ruinum in conſil. 223. vol. 1. In ea. ibi, tanquam bona propria conducendo operas, vide Bart. in l. Lucius, de admin. tut. vbi tenet, quod non ſufficit patrem eſſe præſentē & conſentire, ſed ꝙ expreſsè ſe obliget. In ea. ibi, & iuncta alteri inducitur conſenſus tunc patris, & ſecus eſt in vxore, vt tenet Alex. conſi. 42. col. 1. ver. quarto, vol. 1. & conſ. 1. col. 3. in princ. vol. 3. vbi ſequitur hoc, quod hic habetur, vide ſupra deciſ. 58. Dec. conſil. 88. in fine, vbi an actibus præiudicialibus taciturnitas operetur conſenſum, vide quæ hic pulchrè poſuit Crem. ſingul. 77. vide pulchrè etiam Petrum Girard. ſingul. 36. de conſenſu ſeu taciturnitate iudiciali. Ibi, propter quam inducitur, vide text. in l. ſi ego, §. igitur, ff. de iure dotium. *Ioan. Angel. Piſan.*

Deciſio 308.

ADDE hic Aret. in §. ſi earum, ver. ſexto ceſſat, Inſtit. de except. & Fulgoſ. conſil. 50. Quidam Ramundinus, vbi habetur, quod ſi ſtat ſtatutum, quod pater teneatur pro filio, diſcipulo, vel factore habet locum, ſi pater ſimpliciter ſciat filium eſſe factorem, vel diſcipulum, & vide Barb. conſil. 5. num. 1. vol. 4. ibi, quarto, adde Gilonem conſil. 222. volum. 3. quæ obſtant, & Bald. conſi. 62. num. 4. vol. 1. facta. vbi filio qui ſtat in obſequijs patris non debetur merx. Quæ verò ipſe filius acquirit ex operibus induſtrialibus, an patri acquirat? Bertran. conſil. 42. num. 1. vol. 3. & Guid. Papæ conſil. 222. vol. 3. & ſupra deciſ. 44. colum. 3. & ibi notaui. ibi, alij Domini de conſilio, adde quod ego concurterem cum eorum opinione, ex eo quia omnia iura, quæ pro iſta vltima parte allegantur, loquuntur præcedente aſſenſu, ſeu mandato expreſſo, vt quia ad aliquem actum expreſſum propoſuit, & ideo patientia operatur effectum circa ea, quæ ſibi non committuntur, quod non eſt in caſu noſtro, ex quo pater ipſius non fecit eum inſtitórem, ſed ſolum paſſus fuit eum negotiari, & Alexand. in l. ſæpe, ff. de iud. reſpondet ad id, quod dicitur in d. capit. ex parte, cogitabis tamen.

Inſtitor dicitur, qui habet mandatum de emendo & vendendo.

Si aliquis ſciente & patiente ſuperiore exerceat officium tanquam locumtenens eius, licèt non appareat de locumtenentia, tamen valent geſta coram eo.

Procurator licèt non appareat mandatum procurationis, & procurat domino ſciente & patiente, ſententia contra procuratorem nocet domino.

Nota quod ſtatutum volens, quòd pater teneatur pro filio negotiante, intelligitur ſi ſciuit pater ipſum negotiaſſe, & adde Felin. in capit. vergentis, num. 3. extra, de hære. Io. de Ana. in cap. 2. de delic. pue. Iaſ. in l. de quibus, nume. 60. ff. de legib. vbi ponunt in quibus caſibus pater teneatur pro filio, ſi ſtatutum generaliter diſponit quod pater pro filio teneatur.

Vbi dominus tenetur pro ſeruo, & pater tenetur pro filio.

Si ſcholaris ponit in domo alterius ſcholaris, qui eſt ſuus ſocius librum illo ſciente & patiente, videtur tacitè depoſitum ſuſcepiſſe. *Proſp. Carau.*

Super Deciſ. 308. num. 5.

ADDE Thom. Gramm. conſ. 8. Paulus de Caſt. in l. inſtitor, ff. de inſtit. & in ſimili Dec. conſ. 8. Iaſ. in §. actiones autem, Inſtit. de actio. *Hieron. de Mar.*

In Deciſ. 308.

NVM. 8. ibi, Facit quod ſi aliquis. Adde, ſed an talis procurator obliget dominum, vel ſoluentem liberat? ſed quid ſi dominus ratum habeat, vide text. cap. cum olim, de offi. deleg. cap. coram, de reſcript. l. licet, ff. de iud. & l. ſi procuratori falſo, ff. de cond. cauſ. dat. ean. non ſeq. ibi Iaſ. & glo. capit. ex parte decani, de reſcript. in ver. procurator, & adde quod mandatum ſuper lite proſequenda operatur conformationem eorum, quæ prius geſta ſunt, vide Iaſ. l. Iulianus, 3. col. ff. qui ſatiſd. cog.

In eadem deciſ. num. 16. ibi, Quia ſi ſcholaris. Vide Bart. & ea, quæ not. per Alexan. ibi in apoſtil. in l. ſi quis vxori, §. apud Labeonem, ff. de furt. *M. Anton. Pulverinus.*

In Deciſ. 309.

SVBSTITVTIO facta de nepotibus nominibus proprijs, vocat eos in capita, ſi collectiuè, tunc veniunt in ſtirpem niſi ſit adiunctum verbum.... aliàs dum eſſet lis in Sacro Conſilio per remedium appellationis à ſententia lata per Capitaneum Ciuitatis Maxæ fuit renouata ſententia, & declaratum, quod nepotes Imperialis de Romano, qui nomine proprio erant vocati per teſtamentum inſimul cum Ioanne de Romano, ſuccederent in capita & non in ſtirpem, prout iudicauerat Capitaneus Maxæ, & ita obtinui pen. Octo. 1529. actuarius Matthias de Anielis, pro quo vide text. in l. ſi communis ſeruus ita, ff. de ſtipula. ſeruorum, & glo. in l. ita liber, §. 1. ver. nomina, ff. de ſtatu lib. & per Alex. conſil. 55. col. 2. vol. 4. & Corn. conſi. 72. col. 2. & 3. vol. 2. & per Ang. in §. cum filius, Inſtit. de ſucceſſ. ab inteſta. vide deciſ. Capicij 208. Ibi, nunc dicti, vide Bar. in l. 1. §. agnati, ff. de ſuis & leg. vide aliqua per Decium conſ. 320. col. 3. *Ioan. Ang. Piſan.*

Deciſio 309.

AD iſtam deciſ. adde Corn. conſil. 231. 1. vol. & Abb. conſ. 32. Arbitrator, num. 2. in 2. parte, vbi ſi teſtator dixit, Titius hęres eſto, Seruius & Męuius hęredes ſunto, quod fiunt duo ſemiſſes, quarum vna datur Titio, qui ſolus vocatus fuit, alia illis duobus, & Iaſ. in l. 1. col. 2. C. de impu. & Corn. conſ. 32. volum. 2. vbi pulchrè. & Fulgo. conſi. 31. ex facto proponitur. & Dec. conſil. 282. vol. 2. verba teſtamenti, quod vide, quia pulchrum eſt, & conſilium Corne. 320. nu. 5. & Barb. in cap. litteris, nu. 32. de reſcript. vbi & pulchrè loquitur, fol. 248. *Proſper Carauita.*

Super

Super Decis. 309.

Vide Corn. cons. 231. Abb. cons. 37. incip. Arbitror dicta verba, num. 2. vbi si testator dixit, Titius hæres esto: Seius, & Mæuius hæredes sunto, quod fiunt duo semisses, idest duę partes totius hęreditatis, quarum una datur Titio, qui fuit solus vocatus, alia datur Seio, & Mæuio, qui simul fuerunt vocati, & uide Ias. in l. 1. col. 2. C. de impub. & alijs subst. Corn. consi. 72. Fulgos. cons. 31. per totum, incip. Ex facto proponitur. & Dec. cons. 382. incipien. Verba testamenti. & cons. 320. num. 5. & Barbat. in cap. litteris, num. 32. fol. 345. de rescript. vbi pulchrè. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 309.

In princ. Adde ad hanc decis. quòd in simili habetur per Rocch. de Curte in tract. de iure patron. in ver. ipsæ vel is, 4. col. in princ. vers. tertio quæro. Ias. l. fi. C. de impub. & quæ idem infra decis. 393. col. 1. vers. secunda conclusio. adde Dec. consi. 382. Verba testamenti, & 320. Dum legerem, col. 2. vers. videndum est. cons. a 99. col. 3. in fine, versic. subsequenter videndum. Facit tex. not. l. si quis Titio, ff. de vsufruc. accrescen. l. si pater filio, ff. de vulg. & pupill. vbi Ias. Rom. cons. 99. Viso propositæ quęst. Fel. cap. pastoralis, col. 5. versic. vbi duo corpora, de rescript. adde And. c. 1. in princ. col. 2. vers. si autem est datum feudum, de feud. success.

In ead. decis. nu. 1. ibi, Glos. Neap. Adde eondem Neap. in consuet. sed si motiéti, in verbo, in stirpem, & omnino bonum cons. Nicol. Boer. insertum in regulis Dyni, in 6. incip. An filij duorum. *M. Ant. Pul.*

In Decisione 310.

Ecclesia substituta pupillo decedenti in pupillari ætate non excludit agnatos et cognatos in eius medietate. In ea. ibi, sumpta ex corpore de sanctiss. Episco. §. presbyteros autem. vide Neapodanum in consuetud. etsi testator, ver. vel ex consuetudine filiusfam. ver. possum sibi argui de legitima, & respondebat. In ea. ibi, etiam alios Doctores, considera quare potest exhæredari, & sic tollere consuetudinem, vt scripsi in decis. 370. ideo videtur posse per substitutionem pupillarem. *Io. Ang. Pisan.*

Decis. 310.

Ibi, dicebat præfatus Doctor. vide Neapoda. in consuet. filiusfam. in ver. possunt. *Prosp. Carauita.*

In Decis. 310.

In princ. Vide ꝗ. in decis. 347. *M. Ant. Puluer.*

In Decisio. 311.

Si mulier renunciauit iuri hypothecæ in re alienata per virum, etiam si nihil habet in bonis vir, ipsa excluditur in ciuitate Neapolis, secus extra, vide in decis. 336. In ea. ibi, nam tunc etiam si nihil aliud habuisset, aduerte ad propositum, quòd etiam extra Neapolim si interuenirat iuramentum, & mulier alienat rem vt suam, non potest petere absolutionem à iuramento ad effectum agendi, quamuis maritus alia bona non habeat, ita pulchrè colligitur ex verbis Alex. cons. 58. col. 5. in princip. Ibi, nec obstat, quòd iuramentum, in 1. vol. quid an si alienaret mulier rem dotalem ex necessitate famis, an possit reuocare; dic quòd non, per tex. in consuet. Et si mulier, & plenè in cons. 195. 13. col. secunda parte meorum consiliorum, & ibi etiam habet nunquid possit reuocare durante matrimonio. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 311.

Ad istam decis. adde Paul. de Cast. in l. rogasti, §. si fugitiuus, in princ. ff. si cert. pet. vbi ad materiā. & dum dicitur, quòd mulier potest renunciare suæ hypothecæ, per l. iubemus, vt hic in ver. quæritur. vide Abb. cons. 8. in 2. parte, vbi elegantissimè ponit qualiter hoc intelligatur. & Bald. cons. 164. Casus super quo. vol. 3. & plenius Paulus consi. 8. vol. 2. & adde, quod si vxor renunciat viro, pignus, valet, nec est donatio, l. si pignus, ff. quæ in fraud. cred. l. etiam, C. ad Velleia. Bald. cons. 341. no. 4. vol. 1. vbi de ratione, & d. l. iubemus. vide Paul. cons. 41. vol. 1. & ad materiam istius decis. vide Roman. consi. 187. & Bald. cons. 178. 3. vol. & an debeat mulier certiorari, quando renunciat hypothecæ. Bald. consil. 165. vol. 3. & Cyn. in l. si constante, char. 9. col. 4. ver. ibi, notes etiam. ff. soluto matr. vbi ponit formam qualiter debeat renūciare. & vide Iacob. Rebuff. in l. fin. de debit. ciuil. col. pen. lib. 11. vbi si mulier renunciat iuri hypothecæ, & postea agit cōtra tertios possessores ad dotem, an excludatur, quia non potest cedere? & vide latè Socin. cons. 125. vol. 1. & Signor. de Hornod. cons. 41. & melios cons. 42. Lup. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. num. 17. col. 7. vbi plenè. & Bald. cons. 184. Dominus Lanfran. vol. 3. in nouis. vbi an qui cōsentit alienationi rei alicuius, agens postea super ea repellatur, quia non potest cedere? & ibi, an qui negat hypothecam perdat beneficium cedendæ hypothecæ? & cons. 307. vol. 1. & vide Gerard. sing. 32. & Caccialup. in suo libello de Bello Italico, ver. capitulū Iudicum, char. 12. col. 2. & Rom. cons. 140. & 189. In re præsenti. & Fulgos. cons. 192. Pro eius, de quo quæritur. aliàs 206. Adde tamen, quod actio hypothecaria duret, donec sit satisfactum, l. aliquando, §. de pignoribus, vbi Paul. de Cast. ff. ad Velleia. ibi in contrarium uidetur decidere. Adde quod contrarium tenet Abb. consil. 8. vol. 2. vbi dicit, quod uxor debet habilitari. Sed author hic non quærit, an concedatur absolutio à iuramento, prout quærit ibi Abb. quia habilitatione cōcessa potest contrauenire. & tenet ipsemet Afflict. decis. 336.

Nota, quod mulier non obstante renunciatione per eam facta in alienatione rei mariti, & non obstante eius cōsensu, dissoluto matrimonio per motiē viri, si nō fuerint alia bona, poterit habere recursum in recuperanda dote, in rebus alienatis cū eius consensu.

Quando pecunia est soluta vxori non potest haberi recursus ab uxore super re vendita mariti pro dote recuperanda. *Prosper Carauita.*

Super Decisio. 311.

In hac decis. vide Paris. cons. 75. nu. 16. vbi pulchrè, vbi meminit de hac decis. & in num. 1. adde Dec. in reg. l. creditor, ff. de reg. iur. in fine. *Hieron. de Martino.*

In De-

In Decis. 311.

NVM. 2. ibi, Auth. siue à me. Adde an hęc Auth. habeat locum in ciuit. Neap. vide infra in prox. seq. decis. & decis. 313.

In eadem decis. num. 4. ibi, Sed pecunia. Adde si pecunia rei venditæ perueniat ad mulierem, quæ renunciauit viri hypothecæ, vtrum possit habere regressum super bonis super quibus renunciauit? adde eundem decis. 336. vers. in contrarium. *Marc. Ant. Pulnerinus.*

In Decisione 312.



VANDO maritus & alius obligatur pro dote, licèt ipse vendat, & nihil habeat mulier, non potest agere contra emptorem si renunciauit, sed contra correum mariti, cõfirmo per casum, c. litteras, & miror, q; non sit allegatus bic in l. quoties, C. quo ordine quis conueniatur, lib. 11. per quem dicit ibi Bart. quod si sunt plures in solidum obligati, & sit actum contra vnum, & eo excluso & reperto non soluendo, volebat creditor agere contra possessorem bonorum non excussis alijs correis; dicitur quod non potest, quia prius est contra correos agendum, sequitur Antonius Cors. sing. 173. Pau. de Cast. cons. 123. seu 173. ad primum quæsitum, vbi tenetur non posse agi contra tertios possessores non excusso etiam fideiussore, & subdit, quod si fuerit actum contra tertios possessores, non tamē exactum non impeditur reuerti contra fideiussorem, vide Socin. consil. 125. col. 4. ver. sexto, quia cum tempore, vol. 4. In ea. ibi, fuit conclusum, & per hoc videtur tex. in l. si plures, istum text. ad hoc allegat Roman. cons. 32. refert & sequitur Marsil. singul. 30. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 312.

ADDE Fulgo. cons. 206. per totum, & Hippo. singul. 3. contra tamen hanc decis. tenet Hippol. in repetit. Rubricæ de donat. inter vir. & vxo. num. 14. & an vxor possit se obligare pro excarceratione viri? vide Bald. cons. .... incip. Considerata causa, vol. 4. in antiquis. & adde, quod cum ista decis. tenet Pau. de Cast. in l. iubemus, C. ad Velleian. licèt Afflict. non alleget eum. *Prosp. Caranita.*

Super Decis. 312.

VIDE Dec. in l. nemo dubitat, ff. de reg. iu. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 313.




I tempore restitutionis dotium nihil remanet ex viro, vxor poterit agere contra emptorem, vide latissimè per Ioan. Lupum in repetit. tituli, de donat. inter virum & vxor. col. 4. char. 9. vbi sequitur Imolam in l. Męuia, Alexand. limitat nisi interueniat iuramentum, in consi. 83. col. 2. vol. 6. & supra decis. 311. vide Soc. cons. 83. in nouis. vide Rubeum cons. 12. col. 5. in fi. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 313.

ADDE hãc Soc. cõs. 89. in antiquis, vbi pulchrè. In casu restituendę dotis mulier potest habere recursum ad bona alienata à viro cum consensu ipsius mulieris, quę renunciauit iuri hypothecariæ nõ existentibus alijs bonis. *Prosper Carau.*

In Decis. 314.



NTIFATVM vadit ad filios, licèt nõ sint hæredes patris, vide supra deci. 77. hic deciditur, quòd antifatum vadit ad filios vt filios, non vt hæredes: contra tamen decisum fuit in Consilio in causa Petri Oliuæ contra hæredes Matthæi Ferregiuli commiss. Antonius de Palmerio, actorum magister Antonius Mancusius, & lata fuit sententia die 23. Decembris 1513. præsente D. Antonio Ianuario, ita etiam fuit decisum in Sacro Consilio me aduocante in causa Magnificorum Antonij Ruffi. & fratrum, contra Dominam Elionoram de Magistro Iudice die 13. Iulij 152e, commiss. Domino Cicco Loffr. actorum magistro Antonio Falangono, & fuit per viam decreti, idem hoc anno 1535. est decisum & sententiatur in causa vxoris Roberti de Rocchočũ hærede Berardi Piscicelli seu Paulo Spina. In ea. ibi, antefati hoc potest comprobari per id quod dicit text. in l. si maritus, ff. fam. ercisc, quòd multa transeunt in filios, licèt non sint hæredes patris, ita per multa quæ allegat Soc. cons. 43. in nouis. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 314.

AN filij mortua matre, cui fuerunt consignata bona per eos pro antifato, habeant illa bona iure consolidationis. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 314. num. 4.

ADDE Isern. in cap. 1. de success. feud. & per eundem in cap. 1. Imperat. Lotha. Num. 5. facit qood dicit Dec. in reg. hæreditas, de reg. iue. *Hier. de Mart.*

In Decis. 314.

IN princ. Vide quòd pulchrè dixit idem supra in decis. 137. *Marc. Anton. Pulu.*

In Decis. 315.



ESTES missæ vxori non cẽsentur donatæ, nisi essent ad vsum quotidianum vel dignitas personæ aliud dictaret, vide Loffr. consi. 4. vide apostil. Bartholomęi de Capua, vbi refert multoties fuisse determinatum, l. si cum fundi, ff. de vsufruc. & l. sed si quid, eod. tit. vbi etiam refert fuisse determinatum, vt ibi. In ea ibi. sed similiter transmissæ sunt, vide omnino Alexand. consil. 42. col. 5. vol. 1. & in l. si is qui quadringenta, §. dos, ff. ad leg. Falcid. In ea, ibi, de Imo. 55. vide omnino Lucam de Penna, in l. mulieres, de incolis, lib. 10. vbi nuũ residet in hac opinione, vide Corn. consi. 65. vol. 3. vide Lupum in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxo. col. 2. char. 28. & char. 30. col. 4. & char. 5. ver. prædicta tamē, quid in iocalibus magni valoris, & quid in uestibus, per Iaf. consi. 65. circa secundum, vol. 1. & in cons. 197. vol. 2. vbi de iocalibus donatis à socero, & de parafernalibus. In ea. ibi, tunc aduerte, quòd Anch. consil. 181. tenet hoc verum quando cõstabit de animo donandi,

donandi, idem firmat Roman. in d. consil. & melius Lucas de Penna in d. l. mulieres, col. 4. in principio. In ea. ibi, nemo liberalis, vide supra decis. 301. aliàs 307. In ea. ibi, sed in casu, quo ista bona intelligerentur donata, an debeat vxor reseruare filius primi matrimonij quando transiuit ad secundas nuptias, Raphael Cum. prout refert Aretin. in l. 2. filius primi matrim. vide. In ea. ibi, quod non prohibitio, vide supra decis. 305. Adde, quod præsumitur consuetudinem præcessisse ex iusta causa, vt per Lucam in l. missi opinatores, C. de exacto. trib. lib. 10. vbi mulra de consuetudine dicit. Adde, quod consuetudo derogat iuri positiuo, immo facit illicitum, vide in l. vnica, col. 3. C. de coll. dona. lib. 10. vide ibi, quia habebis veritatem huius dubij. In ea. ibi, in fine, vide Loffred. consil. 42. in fine, fuit in causa Galeatij Caraccioli cum Bernardino Tomacello, in qua causa fuit lata sententia, & votum Sacri Consilij tenoris sequentis, Die 2. Decembris 1503. In causa Domini Galeatij Caraccioli cum Domino Bernardino Tomacello conuentionibus & reconuentionibus super pecunijs & bonis vt in processu facta relatione in Sacro Consil. per Magnificū Dominum Danielem de Rago commissarium de meritis causæ & processus dictæ causæ communi voto omnium Dominorum de Consilio conclusum, quod condemnetur dictus conuentus Bernardinus ad restituendum dicto Domino Galeatio actori ducatos ducentos petitos in causa conuentionis & reconuentionis cōdemnetur Dominus Galeatio in ducatos quinquaginta legatos dicto Bernardino, & per eum petitos ab alijs absoluatur, & in tempore executionis habeatur ratio de expensis factis in infirmitate dictæ Lucretiæ vxoris dicti Domini Bernardini eodem tempore liquidationis neutram partem exeat. *Ioan. Angel. Pisanellus.*

Decisio 315.

AD istam decis. adde Corn. consi. 114. aliàs 115. in fine, vol. 4. & Ange. consil. 134. & Bened. Capra consi. 149. ver. circa quintum, & decis. Tholos. 336. Aretin. in §. fuerat, col. antepenul. Instit. de action. Portius in §. fina. num. 12. Instit. de donat. & Barb. consil. 60. colum. 15. volum. 3. illud in medium afferam, Corne. consil. 81. vol. 1. Alex. consil. 42. vol. 5. & Bartol. consil. incip. An testes, & Luc. de Pen. in l. mulieres, col. 2. cum sequen. C. de incolis, lib. 10. vbi non resistit huic opinioni, & Corn. conf. 65. volum. 3. Alex. conf. 42. col. 5. vol. 1. vbi multa. & conf. 309. vol. 2. & 264. vol. 3. ibi, secundum eaput, vide Bald. consi. 92. vol. 1. in fine, decis. 161. quid de lecto, vide in tit. *de las herentias*, lib. 3. vbi glos. ponit de materia istius decis. & an hæredes teneantur vestes lugubres facere vxori, vide Vital. in tract. clausularum, ver. sed an iuri alimentorum, char. 5. in parua impress. & Bald. conf. 478. vol. 5. vbi cuius fiat panni viduales, si vxor nubat, & Fulgos. consil. 27. vbi multa notan. ad materiam, & de his vestibus lugubribus, vide decis. Delphin. 541. & 161. nu me. 4. & Barbat. in l. si quis inficiatus, ff. depositi. & Bart. in l. quidite, ff. si cert. petat.

Bona quæ dedit spōsus vxori post osculum, & sic consummato matrimonio cuius debent esse, vide Afflict. hic per totum.

Debet versari iudicis officium circa bona donata vxori, & considerare debet qualitatem personarum, & quæ bona sint. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 315. num. 15.

AN vxor debeat habere vestes lugubres, Capic. decis. 26. Loffr. consi. 42. Lupus in cap. per vestram, de donat. inter vir. & vxor. fol. 14. *Hier. de Mart.*

In Decis. 315.

NVM. 5. ibi, Intelliguntur ergo glos. Adde eundem in const. mulier, quæ dotarium, col. fin. in fine. *Mar. Ant. Pulugr.*

In Decis. 316.



AD hoc vt reus dicatur in mora per lapsum diei requiritur, quòd actor sit in loco solutionis paratus recipere, et si interpellauit expressit diem & locum in quibus vult recipere solutionem, & quæ dicit Capicius decis. 19. & Dec. consi. 556. In ea. ibi, quia nullum interesse est probatum, & idem quod dicit Alexand. conf. 92. col. 4. vol. 1. In ea. ibi, debet ostendere, secundum Bald. in rubr. C. depositi. vide Alex. in conf. 102. col. 4. in princ. vol. 5. vbi dicit oblationem debere fieri cōgruo loco & tempore. In ea. ibi, quod communiter valuit tunc ante & post, vide quę dicit Alexand. consil. 46. col. 2. vol. 3. ibi non sufficit probare, quod à singulis nota multum. In ea. ibi, quòd dictus Comes die 27. Iunij 1512. referente Viceprotonotario fuit uotata sub his verbis in causa Magnifici Galeotti Miraballi cum Magnifico Francisco Carrafa conclusum est debere dicto Galeotto satisfieri de curribus quinque grani per dictum Franciscum & fratres habita ratione pretij declarati per Sacrum Consilium. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 316.

IBI, in contrarium tenet Barto. in l. item Mela, ff. de constit. pecun. vide Alexand. conf. 92. vol. 1. & Bald. in l. accepta, quæst. 14. C. de vsur. & Petr. de Rauen. in suo Compend. Iur. Canon. in titu. de pignor. fol. 291. col. 3. ver. tangit. Abb. an debitor. vbi si debitor est fori diuersi cum creditore non tenetur ire ad domum creditoris, & sufficit, quòd adueniente ipso pręstet se esse paratum soluere, si esset qui reciperet, nec requiritur dispositio & consignatio isto casu. Alexand. consi. 172. num. 4. vol. 2. & conf. 200. num. 2. vol. 6. Corn. conf. 97. in fine, vol. 3.

Ibi, & tanto magis vide in ....

Dies interpellat pro homine.

Nota vbi necesse est, quod homo exprimat ipsam interpellationem, & diem in qua debet recipere.

Notet articulans quando articulare debet quantum valuit frumentum illo tempore.

Tutor non tenetur mittere frumentum, seu alias merces pupilli ad alium locum, vbi carius venditur. *Prosp. Carauita.*

Super Decisio. 316. num. 2.

VIDE aliam decis. supra 280. & Dec. conf. 251. in pen. col. In num. 4. adde Deci. in l. quidam æstimaue-

mauerant, ff. si certum pet. & in l. quod te, eod. titu. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 316.

IN princ. Vide §. in decis. 205. & adde And. quæ sint regal. in ver. monetæ, 3. col. in fi. vers. hoc idem in his, quæ pondere. *Mar. Anton. Pulucrinus.*

In Decis. 317.



NOTARIO dicenti sibi commissam testium examinationem non creditur. In ea. ibi, quòd fuit cõclusum idem in effectu has authoritates ad hoc allegat & sequitur Alex. consi. 70. penult. col. vol. 3. In ea. ibi, nisi sit rogatus, vide supra decis. 245. In ea. ibi, quia sine iudicis commissione, vide Iason. post Bart. in l. admonendi, char. 21. vbi ponit, quòd possint testes examinari absque commissione. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 317.

AD istam decis. adde Aretin. consi. 33. col. 3. Ias. consi. 155. vol. 4. nu. 5. Decis. Delphin. 126. & Ioan. de Anan. cons. 49. & ibi Bologn. in addit. & Petr. de Rauen. in suo Alphabeto, in ver. notarius. & Dec. cons. 42. col. 3. & consi. 159. num. 6. col. 4. Bertrand. cons. 4. contra Bart. nu. 1. vol. 2. & cons. 250. nu. 11. eod. vol. & cons. 178. nu. 15. & ibi, quid in arbitrio. eod. vol. & de materia istius decis. vide Moder. Consent. in cap. quoniam contra, num. 151. ibi, tertio & vltimo, de probation. vbi fit mentio de ista decis. & Fran. Niconi. fol. 156. nu. 15. nisi alius notarius non reperiretur, Hippo. in l. si rixa, in fine, ff. ad l. Corne. de sicar. in fi. ibi tenuit Alex. Adde eundem Alexan. cons. 104. vol. 5. circa finem. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 317.

VERS. cõtra fuit conclusum, adde Dec. cons. 42. *Hieron. de Mar.*

In Decisio. 317.

IN princ. Vide eundem in consti. in pecuniarijs, 2. col. vers. iuxta hoc quæro, & in 3. col. 4. quæst. vbi meminit de hac decisio. *M. Anton. Pulucrinus.*

In Decis. 318.



FIDEIUSSOR indemnitatis nõ potest conueniri sine excussiõ principali, nisi sit notorium non esse soluendo, vide Bar. in l. pater, in prima oppo. ff. de dote prælcg. In ea. ibi, non potest agi contra fideiussorem, sed an si fuisset oppositum quod excuteretur fiscus fuisset auditus, Paul. de Cast. consil. 39. clarum est. ver. non hab. vol. 2. dicit ad intellectum Bart. in l. fin. quod sic, & dicit, quod idem tenuit in d. l. fin. vbi dicit etiam se ita cõsuluisse. In ea. ibi, non est soluendo, sequitur Alex. cons. 17. a. col. vol. 1. In ea. ibi, secũdum Inno. vide supra decis. 178. *Ioan. Angel. Pisan.*

Decisio 318.

ADDE hic text. in l. fideiussor, §. fin. ff. de fideiussor. quem allegat Socin. cons. 273. col. 3. & Alexan. in l. ita stipulatus, col. fin. ff. de verbor. obligat. nume. 41. & in l. huiusmodi, & l. decem, & l. vbi autem non apparet, §. illud, eo. tit. & Bart. in l. fideiussores, ff. de fideiussor. & nota, quod in causa notarij..... torij, Ruffi. & Vict. Matiæ fuit decisum in Sacro Cõsilio die 25. Septembr. 1529. Quod si Titius promittit soluere tali die, si non soluit tali die quamuis sit mutuus debitor post diem, tamen tempus adest in discussione, quoad istum fideiussorem, & seruatur decretum penes Sebastianum Scannopecum, & vide omnino Socin. l. iure ciuili, in fine, ff. de condit. & demonstr. & Alexand. in l. ita stipulatus, §. Aduerte quod contra istam decis. obstat doctr. Baldi, in d. l. si plures, colum. 8. relata per Iacobin. in l. si ego, §. 1. ff. si cert. petat. Bald. consi. 416. volum. 5. & Alexand. in d. l. si ego, & l. decem. ibi, quo casu non potest agi, quid si iurauit fideiussor, an priuetur dicto beneficio excussionis? vide Ias. in d. l. decem, col. 6. ff. de verb. oblig. Hippol. in repetit. Rubricæ de fide. col. 73. & Hippol. in sua pract. §. examinanda, nume. 10. Bald. cons. 169. vol. 2. & vide Cot. in suis memor. in littera Fideiussor. et vide decis. Tholosan. 23. & Ias. vbi supra, & Alexand. consil. 29. num. 22. volum. 7. quod vide, quia pulchrum est, & consil. 32. vol. 4. aliàs consil. 31. vol. eo. Quid si quis promisit seruare aliquem indemnem se obligando tanquam principalem, an possit opponere exceptionem excussionis, Alexand. consil. 32. vol. 4. ibi, tertio principaliter moueor, & consil. 199. nume. 2. vol. 7. vbi dicit, quod si alicui est promissa indemnitas, non potest agere priusquam damnum patiatur, allegat glos. in l. 1. ff. de magistr. conuenien. & Alexan. consil. 29. num. 24. volum. 7. ibi, tanquam rebellis, vide Abb. consil. 29. in quæstione præsenti, colum. 2. nume. 3. vol. 2. ibi, vt uoluit Bart. vide Bald. consi. 168. col. penult. & consil. 25. vol. 5. in antiquis, vbi an requiratur excussio principalis, si constat, & est notorium non extare eius bona, vel aliàs in nouis, consil. 25. colum. 2. vol. 1. ver. quartum dubium, & Comea. consil. 190. in littera G. volum. 1. vbi dicit, quod probata consiscatione bonorum non dicitur probatum quod non sit soluendo. *Prosper Carau.*

Super Decis. 318.

QUID si aliquis promisit seruare aliquem indemnem se principaliter obligando, an possit opponere exceptionem excussionis, Alexand. consil. 32. vol.... & consil. 199. volum.... vbi ille cui est promissa indemnitas nõ potest agere priusquam damnum patiatur, allegat glos. in l. 1. ff. de magistra. conueni. & vide de hac materia text. in l. fideiussor, §. fina. ff. de fideiusso. & Iacobin. in l. si ego, §. 1. ff. si cert. petat. Socin. consil. 275. col. 3. vers. ad hoc respondebatur quotuplex sit notorium, & quomodo differat à manifesto, Ias. in l. si verò, §. rei, ff. qui satisda. cog. Hippol. in repet. Rub. col. 4 C. de probatio. vbi multa, & Abb. cons. 33. & quid sit notorium, & quomodo procedatur in eo, vide Cassane. consi. 1. num. 514. & cons. 68. num. 31. vbi notorium causatur ex actis, vel ex confessione iudiciali, & de hac materia, vide per Arct. cons. 109. colum. 3. & notorium iuris an sit allegandum, Barba. consi. 79. Ang. in l. si pars, ff. de inoffi. testa. & Bart. in l. scriptus, ff. de relig. & sump. fun. & de materia notorij, vide Corset. in suis notab. in versic. notorium. *Hier. de Martino.*

In Deci-

In Decis. 319.


ROMITTENS facere generalē quietationē, intelligitur quo ad narrata tantum in instrumento, & ad prosecuta in iudicio, nisi aliter appareat ex cōiectutis, acceptilatio facta ratio debendi nō prodest correo, nisi correus velit, vide Socin. consi. 31. in nouis, Ibi, tunc, vide decis. s. 253. seu 213. seu 233. & j. 361. *Io. Ang. Pisan.*

Decis. 319.

IBI, vtrum dictus Nardus. vide omnino Parpal. in l. 2. num. 103. ff. soluto matrim. vbi pulchrè loquitur. ibi, item quia dicta conuentio generalē quietationem faciendi. Adde, quod quando debitor soluit creditori, potest petere quod sibi faciat instrumentum liberationis, l. plures apochas, C. de fide instrum. & vide Buirigel. in l. mutuū. §. in mutuum autem, num. 7. ff. si cert. petat. & Boer. in suis singul. num. 15. in ver. instrumentum. & istud intelligitur de liberatione speciali non generali. & Iacobi. in l. in omnibus, in fi. ff. de iudic. & vide decis. Tholos. 307. Iacobi. in l. Aquiliana, nu... ff. de transact. vbi plenè. & dicit idem in arbitratore, vt non possit præcipere, quod fiat generalis remissio, & quietatio, nisi haberet in mandatis. & ad idem vide Aret. in §. item per acceptilationem, Instit. quib. mod. toll. oblig. & Afflict. in constit. Baiulos omnes, num. 84. versi. iuxta quæro. vbi multa notabilia dicit. & adde etiam hic, quod sicut debitor post solutionem potest petere instrumentum quietationis, l. dissoluitē, C. de condict. sine caus. Ita creditor ob timorem perdendæ probationis potest petere cautionem, vt voluit Roman. l. soluto, num. 50. ff. soluto matrim. & Iacobin. in d. l. in omnibus, ff. de iudic. & an venditor teneatur tradere emptori instrumenta acquisitiua rei venditæ? vide Boer. in suis singul. in littera Editio. num. 4. Et an teneatur facere instrumentum venditor emptori de re vendita, vide Afflict. in d. constitut. vbi ad plenum de omnibus supradictis. & Luc. de Pen. in l. 2. C. de discusso. lib. 10. & Ang. in d. l. in omnibus.

Exceptio firmat regulam.

Si vnus ex pluribus reis debendi obligatus ex causa onerosa soluit totum, potest petere partē à correo. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 319.

ADDE Dec. consl. 94. Nu. 8. vide Dec. consl. 104. *Hieron. de Martino.*

In Decisione 320.


ONASTERIVM ex persona monaci non succedit in feudum, nisi sit habilitatum à Rege, vt infra decis. 324. & omnino Curtium consil. 62. meminit Capicius, vbi casus in decis. sua 10. dicens col. pen. in fine, quòd hic falsò allegat Mazeus Andr. Ibi, quia dispensatio, vide Roman. consl. 222. seu consl. 272. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 320.

IBI, in contrarium dicitur. vide Afflict. in c. Imperiale, num. 45. de prohib. feud. alie. per Feder. Ibi sed ego dicebam, ver. dispensatio super vno. Adde quod licèt quando dictio, præter, ponitur inter diuersa, stet inclusiuè, l. Seiæ, §. vxori, ff. de annu. legat. tamen hoc fallit in odiosis, prout est dispensatio. & ideo si Papa dispensat, vt præter beneficia obtenta possit licitè detinere talia beneficia, non dicitur dispensare super aliàs obtentis, vt tenent Doctores in l. actione, C. de transact. & facit glus. singul. in Clement. prima, de vsur. Et similiter si staret statutum, quod fœneratores non possent capere pro vsuris pro libra præter duos denarios, quia illi sunt etiam prohibiti, vt per Doctor. in dicta l. actio est. & Curt. ibi, num. 9.

Clericus & monachi sunt inhabiles in successione feudorum.

Clericus non succedit in feudo paterno, nisi mortuo patre deponat habitum.

Monachus non succedit in feudum.

Soror succedit in feudo, & seruiet per substitutum in regijs senarijs. *Prosper Carauita.*

Super Decisio. 320. num. 9.

ADDE aliam decis. s. 252. *Hieron. de Martino.*

In Decis. 320.

IN decis. 320 num. 1. ibi, Dicebant aliqui. Adde eundem j. in decis. 265. incip. Illustrissime, 4. colum. ver. decimaquinta fallentia est, & in constit. Reg. errores, col. 1. in fi. ver. quarto nota. Felin. in c. in præsentia, 20. col. circa fin. ver. quinto quæro vtrum, de probat. vbi latè. Sed quæritur vltra quid de emphyteusi, nunquid transeat in monasterium, quæstio est pulchra, & vide Felin. in præalleg. cap. col. 22. versi. sexto quæro.

In ead. decis. num. 4. ibi, Quia substantiale feudi. Adde eundem supra in decis. 120. col. 2. in princ.

In ead. decis. num. 6. ibi, In contrarium dicitur. Vide eundem infra in decis. 361. & 324.

In ead. decis. num. 7. ibi, Nec obstat illud. Adde eundem in constit. Reg. vt de successionib. 12. col. vers. & si diceretur quomodo filia.

In eadem decis. num. 9. ibi, Qui habet electionem vtrum velit seruitium. Adde eundem supra in decis. 265. 6. col. versi. quid autem si Rex habet guerram extra Regnum. *M. Ant. Pulner.*

In Decis. 321.


VS, confiscandi alumen & argētariam est domini soli generalis lex tollit ius priuati, pretium tamen est soluendum. Ibi, in d. ver. argentariæ, vide Iacobin. in tract. feudo. ver. cum argenti fodinis, vbi tenet quod repertę in solo priuati sunt domini, secus in publico, per hoc infert ad inuestituras. Ibi, re generali, dicit Lucas in l. 1. circa finem, C. de mut. lib. 10. quod lex specialia sequens tolli speciale priuilegium, vide quæ dicit Soc. consi. 87. in fine, in nouis. ibi, tollunt bona de pretio soluendo, quæ dicit Iacob. in tract. feudo. ver. Princeps, in speciali 55. & spec. 30. Ibi, non deponunt, vide de virtute consuetudinis per Lucam de Penna in l. super, de iure fisci, lib. 10. *Ioan. Angeli Pisanellus.*

Decisio 321.

VERA conscientia est illa, quæ sumitur ex fonte legum, quæ procedunt à Deo... Metalla reperta & argentariæ.

Thesaurus inuentus cuius esse debeat.

Auaritia legimis ictibus est ferienda.

Auaritia est radix omnium vitiorum.

Non potest esse iustitia, vbi est superioris auaritia. *Prosper Carauita.*

Super Decis. 321. num. 17.

ADDE Dec. in reg. id quod nostrum, ff. de reg. iur. & Docto. in l. 1. ff. solu. matrimon. *Hieron. de Martino.*

In Decisione 321.

IN decis. 321. num. 2. ibi, Item allegabatur capitulum Regis Caroli II. Adde quod incipit, quia nō decet. char. 229.

In eadem decis. num. 18. ibi, Sed requiruntur triginta anni. Adde consuetudo qualiter probetur, vide Dec. cons. 215. in causa vertente, 2. col. vbi egregiè ponit practi. probandi consuetudinem. *Marc. Anton. Pulu.*

In Decis. 322.



AVTHENTICA sacramenta puberum, habet locum in impubere doli capace ab impubere non petitur absolutio vel restitutio in integrum, nisi enormissimè sit lesus. Ibi, per hanc limitationem, vide in decis. 393. in secundo dubio, vbi limitatur hæc dicta. Ibi, cum sit pauper, vide Decium consil. 45. per totum, & an data enormissima læsione minor possit conueniri renunciatione quam fecit suo iuramento, vide Decium cons. 31. & quid in laudo & generali potestate tributa, vide Decium cons. 394. col. 4. & quod renunciatio facta de hæreditate patris viuentis iuramento firmata, quod possit retractari, data enormi læsione, vide pulchra per Decium cons. 180. & 181. & Gramm. decis. 102. num. 104 vide Alexand. consil. 123, vol. 5. Soc. cons. 2 colum. 5. in fine, in nouis, tenet quod data immodica læsione, & iuramento stante rescinditur contractus. Ibi, nec est, iterum alio modo potest respōderi, nam quando vnum venit in constantiam, licèt non sit expressum intelligere, vt in decis. 228. Ibi, & dicit & Bartol. istam doctrinam allegat Alex. cons. 58. in fine, vol. 3. *Io. Ang. Pisan.*

Decisio 322.

IVRANS, quādo est minor duodecim annorum.

Dicta Auth. loquitur de pubere.

Impubes doli capax iurans se maiorem, quia videtur etiam in dolo sic iurando, tunc confirmatur eius contractus per iuramentum.

Si impubes est maior infante proximus pubertati, quid in eo cadit delictum, tunc ex iuramento obligatur.

In materia iuramenti standum est iuri Canonico.

Ibi, fuit per omnes dominos, vide Bald. cons. 2. volum. 4 incip. Ille qui iurat.

Iuramentum per vim & metum est ipso iure nullum, de iure ciuili, de iure Canon. non potest prædicta authoritate sperni, sed debet peti absolutio.

Vide Angel. consil. 160. num. 3. ver. dicet quis, & Corne. in Auth. Sacra pube. num. 93. optimè illum declarantē, & quid operetur absolutio a iuramento. Gramma. decis. 101. num. 54. & num. 73.

Nota quod ratione enormissimæ læsionis conceditur absolutio a iuramento, & hoc semper fuit in obseruantia.

Adde Capic. decis. 159. nume. 24. & Dec. consil. 180. num. 70. & Anchar. cons. 402. & Moder. Paris. in a post. Alexand. cons. 42. vol. 1. littera A. Dec. consil. 349. num. 7.

Quando aliquis est habilitatus à iuramēto ad affectum agendi & excipiendi, & non fuit habilitatus ad rescindendum contractum iuratum? vide hic.

Hæres & defunctus iure censentur esse persona.

Paupertas excusat aliquem de dando alicui fideiussorem. *Prosp. Carau.*

Super Decis. 322. num. 7.

VIDE Dec. cons. 203. & 216. *Hier. de Martino.*

In Decis. 322.

IN decis. 322. num. 1. ibi, Vtrum dispositio Authent. sacramenta puberum, adde eundem infra in decis. 393.

In eadem decis. num. 3. ibi, Nisi impubes doli capax, &c. vide eundem in decis. 393. 3. col. ver. quarta conclusio sit ista.

In eadem decis. num. 5. ibi, Fuit ergo votatum. Vide eundē supra in decis. 263. vbi latè examinat hunc articulum.

In eadem decis. num. 11. ibi, Tamen dicebant. Ad de Grammat. decis. 102. col. 10. vers. item dicit præfatus Ioannes. *M. Ant. Pulu.*

In Decis. 323.



SI maritus promisit soluere dotē quam confessus fuit accepisse hæredes mariti, tenentur soluere dotem mulieri, sed an tunc facta mora possit maritus petere vsuras propter dote, & dic quod si est facta mora maritus non potest petere vsuras, l. emptor, & l. nouationem, ff. de nouat. sed Ang. in §. actionum, ver. vltima quæstio. Instit. de actio. tenet, quod cum sit facto nouatio per instrumentum mutuum, sed remanēt vtraque ergo possunt peti primæ actionis de dote, cautela tamen est quod apponatur clausula, quod veniat omnia ea quæ in actione de dote, vt sentit Bartol. in l. creditor, ff. qui potio. in pign. hab. & in l. emptor, & l. aliam, ff. de nouati. vide tu Bald. in cons. 160. Ad euidentiam præmitten dum est Socin. in consil. 171. col. penult. vol. 1. sed tu vide an debeatur dos cum vsufructu iuxta consuetudinem ciuitatis, quando fit nouum instrumentum, dicas quod sic, vide Bald. consil. 168. incip. Practica ciuitatis, vol. 3. in antiquis. vide quæ dicit Capicius decis. 183. vbi examinat an si fuit confectum instrumentum mutui de dote vt assolet, si veniant vsuræ, seu vsufructus, & an dicatur facta nouatio. Ibi, per id quod dicit Bar. ego peritam doctrinam Bartoli consului & obtinui, quod data confessione hoc modo, &

so, & constituto antefato mulier illud lucratur, licèt dos non fuerit soluta actualiter, & præsertim allegaui Soc. cons. 32. in fine, in nouis. & ibi limitaui quæ habentur decis. 242. & vide plenum consilium Curtij 52. vbi limitat istud dictum Bartol. Adde, quod hoc mense Ianuarij 1540. Dominus Martialis & Fonsega determinarunt pro ista opinione in fauorem Domine Iuliæ Gonzaga contra Dominam Isabellam Columnam actuarius Boza Votta. *Ioan. Angel. Pisan.*

In Decis. 323.

In princ. Adde eundem supra in decis. 121. & dum hic per Matth. fit mentio de confessione dotis, pulchrum est scire, an possit opponi exceptio non numeratæ dotis. Vide eundem in constit. causas, per. 2. col. in fi. ver. quinto not.

In ead. decis. num. 3. ibi, Tum quia propter eius paupertatem. Adde, vtrum paupertas impediat pœnas iudiciales, puta, si dixerit iudex, nisi solueris ad terminum sis excommunicatus, si propter paupertatem non soluis an sis excommunicatus, vide Bald. in l. acceptam, col. vlt. versic. vigesimotertio quæritur, C. de vsur. *Mar. Ant. Pulu.*

In Decis. 324.

ECCLESIA agens recuperãdę ad feudum, licèt habeat ius commune, quòd inhabilis ad feudum, tamen si possedit triginta annis, & præstitit seruitium, & allegabit, obtinebit inter duos possidentes ille petit cui fauet ius commune vel prius in possessione, vide infra decis. 361. vide quæ dicit Capicius decis. 10. & 30. Ibi, testibus deponentibus super negatiua testis fundans se super negatiua est suspectum, Alex. cons. 65. col. 2. in fine, vol. 1. & consil. 100. col. 3. vol. eod. Ibi, quia deponunt Titium, aliàs istam falientiam quando deponunt super negatiua probabili, puta, quia habet affirmatiuam inclusam, vt Titius non est diues, ergo pauper non minor viginti quinque annis, ergo maior idem vbicunque sunt duo extrema, in quibus non est dare medium, vel dato vno, sequitur de necessitate aliud oppositum, tunc enim præfertur negatiua, ita Lucas de Penna, quem omnino videas, quia multum clarè hanc materiam declarat in l. 1. col. penult. C. de fide instr. & iure hastæ fisc. lib. 10. Ibi, & dicit Bald. vide Curtium in consi. 24. 2. colum. & vide in decis. 363. Ibi, quòd tale inuentarium non nocet, vide Alexan. consi. 33. & cons. 30. vol. 3. inuentarium non probat contra tertium, vel publica scriptura, nisi incidenter, vide Capic. decis. 107. circa finem, sed an curator minoris, qui in inuentario descripsit aliqua bona tanquam propria ipsius minoris possit ipse vel eius hęres probare contrarium, vide Bald. cons. 283. Gasparinus, vol. 1. Ibi, prout dicit Host. instrumentum reassumptum de voluntate partium etiam sine iudice facit fidem. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 324.

Iar, dicebat, & per hoc deciditur & confirmatur quæstio ista. Quòd si Rex vel Comes existentes extra Regnum vel Comitatũ faciunt suum Locumtenentem cum potestate præstandi assensum super alienationibus feudorum. & demum laicus cum assensu dicti Locumtenentis ligat suum feudum ecclesiæ, & ipsa ecclesia possidet, & contra voluntatem agnati qui debebat succedere, talis dispositio, cum tali assensu non valet; quia Locumtenens non potest, sicut nec Barones, vt hic dicitur assentire in personis prohibitis. & vide de hoc Paul. de Cast. consi. 335. num. 2. vol. 1. ad quod etiam facit dictum Bal. in cap. 1. §. donare, qualiter olim feudum alie. pote. per quod notatur, quod potestas data alicui assentiendi alienationibus feudalibus, non videtur data in personis inhabilibus, nisi expressè dictum sit, benè posset ecclesia de nouo habere feudum à Rege. & tunc diceretur peruenire ad manus mortuas, c. 1. de alien. feud. & ad hoc faciunt dicta per Ange. consil. 175. Ante fidem, vbi tutor cui generaliter data est licentia vendendi de bonis pupilli, non potest vendere sine causa legitima, & iniusto pretio, aliàs esset in dolo, per dictam licentiam poterit vendere sine decreto, & ideo consensus impetratus vt vendas cui velis, non intelligitur de rebelli, vt not. Andr. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alie. per Feder. & Bald. cons. 70. aliàs 207. vol. 1. & cons. 291, nu. 16. vol. 2. & Curt. cons. 62. per totum. vbi disputat an Canonicus Regularis possit in feudum succedere? & de materia vide etiam Iserniam in dicto cap. & ibi Afflict. & Lucam de Pen. in l. si qui. C. de diuers. præd. lib. 11. vbi etiam dicit, quòd ecclesia nunquam moritur, sicut nec Sedes Apostolica, c. si gratiosè, de rescript. in 6. & etiam imperium, vt in §. licentiam, Auth. quomodo oport. Episc. Et quod ecclesia nunquam moritur, allegat tex. in cap. liberti. 12. quæst. Sed dum postea dicit, quòd Rex malefacit denegãs assensum in alienationibus factis ecclesiæ, malè dicit, quia Rex iustissimè denegat assensum, ne cum ecclesia semper viuat, & Rex nunquam per excadentiam posset in tale feudum habere manus iniectionem, sed si in assensu dicitur, quod etiam ecclesia teneat in feudum, tunc Rex hoc posset facere, & ecclesia posset tenere, vt per Bald. consi. 91. in fine, vol. 2. & Felin. in c. quæ in ecclesiarum, & ibi Barb. de constitut. vbi de materia. & Afflict. in cap. Imperialem, num. 8. de prohib. feud. alien. per Feder. ibi, & iste est unus de casibus. vide eundem Afflict. in constitut. violentias, col. 12. & decis. Tholos. num. 4. & infra decis. 361. ver. quinta ratio est. & decis. Delphin. 288. & per eundem Afflict. in c. Imperialem, num. 4. fol. 88. de prohib. feud. alienat. per Feder. vbi plenè. ibi, item quando possessio eccles. vide Barba. consil. 41. num. 12. vol. 1. ibi, & istud tempus. vide Barbat. cons. 8. num. 3. vol. 2. & consi. 11. eod. vol. & consi. 41. num. 5. vol. 1. & consi. 6. num. 6. vol. 2. Dec. consi. 146. vol. 7. ibi, item datur excessus. vide Barbat. consi. 51. num. 1. vol. 2.

In possessione centum annorum non requiritur allegatio tituli.

Testiũ depositionib. quibus magis est credendũ.

Ibi, tamen hoc fallit. pro ista falientia vide in primo vol. allegato, quas habeo ad pennam. fol. 451. vbi idem.

Quam probationem faciat inuentariũ. *Prosp. Car.*

In Decis. 324.

In decis. 324 nom. 1. ibi, Quod ecclesia est incapax feudi. Adde eundem infra in decis. 361. & supra in decis. 320. vers. in contrarium.

In eadem decis. nu. 5. ibi, Et ista præsumpta iure futura. Adde Matth. in constit. consuetudinem prauam, 2. col. in 2. notab. circa fin. & in constit. quadragenalem, col. 2. vers. sed pro declaratione quæro, omnino. Andr. in cap. Imperialem, §. illud quoque, col. 5. in fine.

In eodem num. 5. ibi, Et ex præstatione seruitij, Adde, sed quid si infra triginta annos Rex numquã petijt seruitium, vel adoham, an tunc præscriberetur feudum, vide Matth. in d. constit. consuetudinem, 3. col. vers. quid autem.

In eadem decis. num. 6. ibi, Et istud tempus probatur per famam, vide eundem in d. constit. quadragenalem, col. penult. in princ. vers. qualiter probabitur possessio centum annorum.

In eadem decis. num. 8. ibi, Quæ præsumitur vitiosa. Adde ad corroborationem istius regulæ Abbat. in d. cap. licet causam, 10. not. Bart. in l. Celsus, colum. 5. ff. de vsucap. & in l. si duo, in princ. col. penult. ff. vti possid. & in l. si de eo, §. fin. vbi Imol. ff. de acquir. possess. Alex. in apostill. ad Bart. in d. l. si duo, Socin. l. rem quæ nobis, in 4. quæst. & in l. 2. ff. de acquir. poss. quam regulam limita non habere locum in iuribus incorporalibus, vt pulchrè dicit Rocch. in tract. de iure pat. in ver. competens alicui, 10. col. vers. decimosexto.

In eodem num. 8. ibi, Dicti Mercurij. Adde Ang. in §. hinc nobis, in fi. in Auth. de hæred. & Falcid.

In eadem decis. nume. 13. ibi, Tertio fuit excitatum. Adde eundem in decis. infra 364. in fi. sed quid de extimo an probet possessionem, vel dominium, vide Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra, in ver. testium depositio, col. 30. circa fin. vers. illud tamen no. & in Rubr. de caus. possess. col. 10. circa finem. *Marc. Ant. Puluerinus.*

In Decisione 325.

PERCEPTIO pensionis non probat possessionem alio possidente, colonus tenens feudum nomine alterius priuat dominum possessionem, nisi ei soluisset pẽsionem. *Io. Ang. Pis.*

Decisio 325.

ADDE hic Bald. cons. 330. Statuto cauetur. 1. volum. vbi pulchrè. ibi, ita intelligitur. Adde Pau. consil. 213. Viso puncto, num. 6. vol. 2. Cassaneus consil. 100. num. 1. & scripsi supra decis. 14. & Bellonus cons. 11. num. 8. *Prosp. Carauita.*

Super Decis. 325.

VIDE Pau. de Cast. cons. 313. incip. Viso puncto, num. 6. Adde quod tunc dominus dicitur possessor, spoliatus quando colonus fuit spoliatus, & non quando dominus, Dec. cons. 103. *Hier. de Mart.*

In Decis. 325.

NUM. 1. ibi, Ipsum esse in possessione. Adde Lanfranc. in cap. quoniam contra, in ver. testis depositio, col. 29. vers. Item probatur possessio.

In eadem decis. nume. 3. ibi, Hæres possidere per colonum. Adde eundem supra decis. 167. *M. Ant. Puluerinus.*

In Decis. 326.



IUDEX potest stare familiam creditori habenti instrumentum vt cum associet parte non citata. Ibi, idem firmat Salicetus, istam doctrinam Saliceti sequitur Ioan. Baptista cons. suo. post singul. Cremen. col. 10. vbi multa ibi; & eum sequitur Iason. Alex. cons. 106. col. 9. ver. tertio & vltimo, vol. 3. *Ioan. Ang. Pisan.*

Decisio 326.

